bile eſt cognoſcere inferiꝰ ⁊ ignorare totaliter illud qđ eſt
de rōne eius.ſꝫ de rōe cuiuſcūqꝫ entis veri eſt ꝙ ſit que-
dā res vel nata eſſe.ergo ⁊c̄.Si dicat̄ ꝙ habēs talē notici
am nouit quid rei ipſiꝰ dei:tūc arguo.cognoſcere q̇d rei
de vnoquoqꝫ eſt cognoſcere ipſuꝫ vt habēs talē naturaꝫ
in rerū natura exiſtentē vel natā eſſe.ſꝫ impoſſibile eſt ꝙ
cognoſcēs eſſentiā diuinā perfecte euidēter ꝯgnoſcat eā
vt poſſibilē eſſe ⁊ nō vt actu exiſtentē.ergo ⁊c̄.Probatio
minoris:qꝛ ſicut de rōe aliarꝫ rerū quantū ad ſuū ꝙ q̇d eſt
reale:eſt eſſe quandā quiditatē exiſtentē in rerū natura vl̄r

natam eſſe.ita de rõne dei eſt eſſe quãdã q̃dditatẽ neceſſa
riã vel poſſibilẽ eſſe ſʒ nullus põt ſcire de alijs reb⁹ a do
quid rei niſi cognoſcẽdo eas vt quãdã naturã exñtem in
reꝝ natura vel natã eſſe ergo impoſſibile eſt ꝙ aliquid co
gnoſcat de deo quid rei nõ cognoſcẽdo eũ vt hñtem nãʒ
neceſſario exñtem ⁊ iõ impoſſibile eſt cognoſcere q̃d rei
de deo cognoſcẽdo ipm̃ vt hñtem naturã poſſibilẽ eſſe ⁊
nõ cognoſcere ipʒ vt hñtẽ naturã actu entẽ. Tertio ſic
prius eſt cognoſcere an eſt q̃m quid eſt loquẽdo de q̃d rei
ſʒ poſterius notũ non põt cognoſci ſine prius noto ergo
de nullo põt ſciri quid eſt rei ⁊ ignorare ipm̃ eſſe.in alijs
quidẽ ignorare ipa eſſe actu vel aptitudine eſt impoſſibi-
le.in deo aũt ignorare ipm̃ eſſe actu.⁊ ſic videt̃ mihi ꝙ ta-
lis cognitio abſtractiua de deo eſt impoſſibilis. Ad rõ
nes aũt põnis pʒ ex ſupdictis. Quãtũ ad ſcḋm vtꝝ talis
cognitio ſi ponat̃ poſſit ſtare cũ ſtatu vie. dico vt mihi vi
det̃ ꝙ non.qꝛ cognitio vniuſcuiuſqʒ pfectiſſima eſt ꝯgni
tio eius expſſa quãtum ad qḋ quid eſt rei.ſʒ cognitio pfe-
ctiſſima dei non põt ſtare cum ſtatu vie ſibi cognitio ex-
pſſa qḋ quidẽ ipi⁹ dei nõ põt ſtare cũ ſtatu vie ⁊ p ꝯñs. er-
go impoſſibile eſt ꝙ cognitio expſſa q̃ditatis diuine ſcʒ
cũ ſtatu vie.ma.pʒ qꝛ cognitio cõſiſtit i aſſimulatõe ꝯgno
ſcẽtis ad rem cognitã. aſſimulatio ipius cognoſcẽtis ad
rem cognitã ex pte ipſi⁹ rei cognite attẽdit̃ potiſſime ſcḋm
formã ⁊ q̃ditatẽ ipſius rei.ergo ⁊c̃.minor etiã faciliter pa-
tet qꝛ cognitio potiſſima ipſius dei vel eſt btitudo vl' ſal-
tẽ non eſt ſine btitudine.ſed beatitudo non ſtat cum ſta-
tu vie.ergo ⁊c̃. Ad rõnẽ in oppoſitũ dḋ ꝙ maior ſcḋm
vitatẽ eſt vera qꝛ q̃cquid eſt citra aptaʒ viſionẽ dei ſtat cũ
ſtatu vie.ſed minuſ q̃m ponũt.ſ.ꝙ expſſa noticia q̃ditat'
diuine imediate terminata ad ipam poſſit haberi citra vi
ſionẽ eſt falſa poſita tamẽ ypotheſi.ꝙ talis cognitio bẽat
talis cognitio poneret hoiem extra ſtatũ vie ⁊ tũc eſt fal-
ſa maior.ſ.q̃cquid eſſet citra viſionẽ ⁊c̃. Et notãdũ ꝙ po-
ſitio que ponit ꝙ q̃ditaſ dei expſſe ⁊ imediate in ſe cogno
ſcit̃ ⁊ tñ ipſa nõ videt̃ intuitiue ponit cõtradictoria mihi
vt vr̃. Ad ſcḋm ſic pcedit̃ ⁊ arguit̃ ꝙ deus ñ poſſit ſimul in
fundere charitatẽ ⁊ intẽdere eã:qꝛ deus nõ põt intendere
charitatẽ.ergo nõ põt intẽdere ⁊ infundere ſimul.ꝯña pʒ.
qꝛ ꝙ nõ põt in alterã ptẽ copulatiue non põt in totã copu
latiuã.pbatio añcedẽtis.qꝛ ſuppoſito vt q̃dam dicũt ꝙ i-
poſſibile ſit eandẽ formã eẽ intenſam ⁊ remiſſã. ſi deus i
tendit charitatẽ aut intendit pcedẽtẽ aut ſequẽte nõ pce-
dentẽ.qꝛ illa corripit̃ ꝙ aũt corripit̃ nõ intẽdit̃ nec ſequẽ-
tem qꝛ illa tota de nouo generat̃ ſiue pducit̃ nõ eſt auteʒ
idẽ formã non pexñtem generare ⁊ ipʒ intẽdere.ergo ⁊c̃.
Cõtra qꝛ deus plus põt q̃m actus moralis ſʒ act⁹ mo-
ralis ſtatim cum eſt põt intendere hitum moralẽ. ergo vt
videt̃ deus ſimul põt charitatẽ infundere ⁊ ipam intẽde-
re. Rñſio ad euidentiã iſti⁹ queſtionis duo ſũt facienda
pmũ eſt ponere intellectũ q̃onis.ſcḋm eſt ſoluere ad que-
ſtionẽ. Quãtũ ad pmũʒ ſciẽdũ ꝙ iſta queſtio põt habe
re duplicem intellectũ vnus põt eſſe vt queratur.vtꝝ deus
poſſit charitatẽ vel quãcũqʒ formã infundere ⁊ ſimul au-
gere.alius intellectus eſt vtꝝ deus poſſit abſolute infun
dere ⁊ intendere formã ſuſcipiẽtem magis ⁊ min⁹. Pri
mus intellectus ſimultatis dupliciter põt eſſe. vno mõ
vt queratur vtruʒ in principio quãdo deus infundit cha
ritatẽ poſſit eam ſimul infundere ⁊ facere in gradu inten-
ſo ita ꝙ infundere ⁊ augere nihil aliud ſit q̃m infundere
vel eam a principio facere intenſam. Alio mõ vt que-
rat̃ vtꝝ deus in eodẽ inſtãti poſſit facere charitatẽ remiſ
ſam infundẽdo ⁊ illã eandẽ intendere ſiue facere intẽſam
in eodẽ inſtanti. Accipiẽdo ergo primũ intellectum de
iſtis ſubdiuiſis.ſimpliciter dicẽdũ eſt ꝙ deuſ põt in eodẽ
inſtanti charitatẽ ſimul infundere ⁊ augere vel facere in-
tenſam.ſcḋm enĩ primũ intellectũ ſubdiuiſum charitatem
ſimul infũdere ⁊ itẽdere nihil aliud ẽ q̃ infũdere charitatẽ
in gradu intẽſo:ſʒ deus põt charitatẽ ⁊ quãcunqʒ aliã for
mã ſuſcipiẽtẽ magis ⁊ min⁹ efficẽ vel infũdere in quãto-
cũqʒ gradu nõ repugnãte ſue nature.ergo ⁊c̃. Sciẽdũ tñ
ꝙ illud nõ eſt pprie intendere formã ſʒ magis pprie eſt
formã a pncipio gñare ſiue nõ exñtẽ pus q̃tũ ad ſui totaʒ
pducẽ de nouo.nã h accipit̃ gñare put ſe extẽdit cõit̃ ad

omne producere.nam intendere proprie eſt de minus ta
li facere magis tale.nõ aũt facere de ſimplicit̃ ñ tali tale.
Si aũt accipiat̃ ſcḋs intellect⁹ de ſubdiſis vt q̃rat̃ vtꝝ de
us in eodẽ inſtãti poſſit facẽ charitatẽ remiſſã ⁊ cũ h ſiml'
facẽ intẽſã eã:dico ꝙ nõ qꝛ nulla vtute pñt fieri ſil' oppo-
ſita in eodẽ.ſʒ charitas intẽſa ⁊ remiſſa ſũt oppoſite.g° im
poſſibile ẽ q̃cũqʒ vtute ꝙ aliq̃ q̃litas fiat remiſſa ⁊ ꝙ i eo
dẽ inſtãti in q̃ ſit remiſſa fiat intẽſa:vl' ecõuerſo. ma.pʒ qꝛ
ꝯdictoria nõ pñt ſil' eẽ vel vificari de eodẽ q̃cũqʒ vtute ſil'
ſʒ ꝯdictio includit̃ in oĩ oppõne.g° ⁊c̃.mi.etiã pʒ.qꝛ chari
tas intẽſa ⁊ remiſſa ſe habẽt vel ſic priuatie oppoſita vl' ſic
ꝯria.qꝛ ſcḋm quoſdã charitas remiſſa dic̃ charitatẽ cũ pua-
tiõe vlterior' gdus quẽ iportat intẽſa ſcḋm aliq̃s.aliqui po
nũt ꝙ ipoſſibile eſt ꝙ eadẽ forma nũero ſit intẽſa ⁊ remiſ-
ſa:charitas intẽſa ⁊ remiſſa ſe habẽt ſic forme ꝯrie q̃ꝝ vna
eſt pfectior alia.g° ⁊c̃.Si aũt accipiat̃ terti⁹ intellcũs ſim-
plicit̃ vt q̃rat̃ vtrũ de⁹ poſſit charitatẽ vel quãcũqʒ formã
ſil' intendẽ ⁊ fundẽ.Dico ꝙ ſcḋm ponẽtes ꝙ ipoſſibile ẽ eã
dẽ formã nũero eẽ intẽſaʒ ⁊ remiſſaʒ ꝙ ipoſſibile eſt deũ
aut qḋcũqʒ agẽs intẽdẽ aliquã formã. qꝛ ſi aliqḋ agẽs for-
mã pus remiſſã intẽderet:aut remiſſa maneret aut nõ. ſi
manẽt facta intẽſione:aut tendẽt in idẽ per eẽntiã cũ intẽ
ſa aũt nõ.ſi ſic:tunc falſa eſt poſitio q̃ ponit ꝙ forma q̃ fuit
pus remiſſa nõ ſit eadẽ cũ poſtmodũ intẽſa.Si nõ ſequit̃
ꝙ due forme eiuſdẽ ſpẽi differẽtes ſolo nũero poſſint ſil'
eẽ in eodẽ ſubiecto.⁊ ꝙ peius eſt ꝙ duo oppoſita poſſint
eẽ ſimul.nã ſcḋm oẽs intẽſum ⁊ remiſſum habẽt aliquã op-
poſitionẽ ad inuicẽ vel ꝯtrariã vel puatiuã vt dictũ ẽ. Si
aũt ponat̃ ꝙ remiſſa nõ maneat tũc remiſſa corrũpit̃.ſed
qḋ corrũpit̃ nõ intendit̃.g° forma pri⁹ remiſſa nõ intẽdit̃:
nec etiã ſequẽs:qꝛ de nouo generari ⁊ intẽdi nõ ſunt ideʒ
ſʒ ſequẽs forma de nouo generat̃ totaliter.ergo ⁊c̃. Si
dicat̃ ad hoc ꝙ forma dicit̃ intẽdi nõ ppter vnitatẽ forme
intẽſe ⁊ remiſſe ſʒ ppter vnitatẽ ſubiecti. qꝛ de min⁹ tali
ſit magi' tale ſcḋʒ idẽ ſubiectũ. ꝯ:ſubm̃ lʒ de min⁹ tali dicat̃
fieri magis tale:nõ tñ ſubiectũ dicit̃ intẽdi vel remitti. ſʒ
forma ipſa ſcḋm quã ſubiectũ dicit̃ fieri magis tale de mi-
nus tali.ſʒ forma nõ poſſet dici intẽdi pprie niſi illa eadẽ
que ſint remiſſa fiat intẽſa.ergo.⁊c̃. Iſta eſt vna rõ per
quã probat̃ ꝙ eadẽ forma numero ſit intẽſa ⁊ remiſſa.⁊ ſic
pʒ ad q̃õem. Ad rõem in oppoſitũ ad partẽ primã facta
quantũ eſt ꝯtra ppoſitũ:dicẽdũ ꝙ añs eſt falſũ. Ad pba-
tionẽ dicendũ ꝙ intẽdit pcedentẽ.⁊ cũ dicit̃ ꝙ nõ qꝛ prece
dẽs corrũpit̃.dico per interẽptionẽ ꝙ.ſ.nõ corrũpit̃.qꝛ te
neo ꝙ forma eadẽ nũero que pri⁹ fuit remiſſa poſtmodũ
ſit intẽſa de hoc:vtrũ.ſ.eadẽ forma ſit intẽſa ⁊ remiſſa:in-
fra diffuſe dicet̃:qꝛ de hoc eſt queſtio mota Ad rõem fa
ctã ad partẽ alterã inq̃tũ eſt cõtra ppoſitũ dicendũ ꝙ licʒ
act⁹ moralis ſtatim cũ eſt poſſit intẽdere habitũ pexiſten
tẽ:nõ aũt ſtatim cũ eſt generat⁹ habit⁹ in gradu remiſſo:
põt eũ in eodẽ inſtãti facere in gradu intenſo.

Poſtea querebant̃ duo de deo cõparãdo abſolu
tũ ad relatiuũ: Et pmo querebat̃ vnũ de hoc in
generali ⁊ eſt: vtꝝ in diuinis poſſit eẽ aliqḋ vnũ
nomẽ vniuocũ abſoluto ⁊ relato. Scḋo quere
bat̃ in ſpãli vnũ.ſ. vtrũ dicere in diuinis ſit idẽ qḋ intelli
gere. Ad primũ ſic pcedit̃ ⁊ arguit̃ ꝙ vnũ nomẽ vniuo
cũ poſſit eſſe cõe abſoluto ⁊ relato.qꝛ nomẽ pſone ẽ in di
uinis.ſʒ nomẽ perſone eſt cõe abſoluto ⁊ relato. ergo.⁊c̃.
ma.patʒ. probatio minõris qꝛ pſona eſt aliq̃d in diuis qḋ
intelligit̃ ⁊ a fidelib⁹ ⁊ ab infidelib⁹: ſʒ a fidelib⁹ intelligit̃
vt relatiua ab infidelib⁹ vt abſoluta ꝙ nõ eſſet niſi poſſet
accipi vt aliqḋ cõe abſoluto ⁊ relato.ergo ⁊c̃. Contra qꝛ
min⁹ pñt habẽ nomẽ cõe vniuocũ abſolutũ ⁊ relatũ quaʒ
duo abſoluta pdicamẽta ſʒ duo abſoluta pdicamẽta non
pñt hr̃e vnũ nomẽ vniuocũ cũ ipſis pdicamẽtis vl' ſit cõe
vniuocũ:ergo ⁊c̃. R°.ad euidẽtiã hui⁹ q̃õis duo ſunt
faciẽda.pmo videndũ eſt q̃liter de hoc ſit in creatur':vtꝝ
.ſ.in creaturis abſolutũ ⁊ relatiuũ poſſint hr̃e vnũ nomẽ
vniuocũ.ſcḋo videndũ eſt q̃lit̃ de hoc ſit in diuinis:vtrũ
.ſ.in diuis abſolutũ ⁊ relatiuũ habeãt vnũ nomẽ cõe vni-
uocũ. Quãtũ ad pmũ ſũt q̃ttuor faciẽda. p° vidẽ q̃d im
portat vniuocũ.⁊ diſtinguẽdũ eſt de vniuocatiõe vel vni
uoco.ſcḋo oſtẽdet̃ ſup quid fundat̃ vnitas vniuoci. tertio

oñdeť qño differũt equocũ vniuocũ ꝛ analoguꝫ. 4° diceť
ad ꝓpoſitũ. Sciẽdũ q̃tũ ad p̃mũ ꝙ vniuocũ dr̃ illō nomẽ
ꝙ ſm eandẽ rõnẽ p̃dicať de pluribꝰ ita ꝙ vniuoca dicũť
quoꝝ nomẽ eſt cõe ꝛ rõ ſm illud nomẽ ſũpta eſt eadem.
Primo videndũ eſt quō aliquoꝝ eſt idẽ nomẽ. 2° quō acci
pitur rõ qñ dicit rõ vniuocoꝝ eſt eadẽ. Quãtũ ad p̃mũ
ſciẽdũ ꝙ aliqua pñt h̃re vnũ nomẽ tripl̃r. q̃tũ ad p̃ns ꝑti
net. vno mō ſicut ꝑtes integ̃les ipſiꝰ ſignificati p̃ncipaliter
vꝫ ſꝫ rem ſicut illud ꝙ ſignat cõpoſitũ ex mã ꝛ forma cõ
ꝓhendit vnũ nomẽ exigens mãm ꝛ formã ñ vt ſignificatuꝫ
p̃ncipale p̃ciſum. ſꝫ vt ꝑtes integrales ipſiꝰ ſignificati p̃nci
paliter vel ſm rõnẽ. ſicut nomẽ ſpẽi ſignificat genꝰ ꝛ dr̃iaꝫ
ſicut hō qđ eſt nomẽ vnũ ſignificat aĩal ꝛ rõnale nō vt p̃n
cipalia ſignificata ꝛ p̃ciſa ſꝫ vt ꝑtes integ̃les ſm rõnẽ ipſiꝰ
ſignificati p̃ncipalis. ꝛ nomẽ vnũ ſit ſm rem vel ſm rõeꝫ
ꝯphẽdẽs multa nō diciť vniuocũ vel equiuocũ ad illa.
Alio mō ꝙ aliqđ nomẽ ĩponať ad ſignificãdũ plura ita ꝙ
vnũq̃đq̃ꝫ eoꝝ in ſpãli ſignificet ꝛ ſm ꝓpriaꝫ rõnẽ ſicut ca
nis ſignificat ſidus celeſte ꝛ canẽ latrabilẽ ꝛ tale nomẽ eſt
nomẽ equiuocũ ꝓprie q: ĩponiť ad ſignificãdũ plura ſm
plures rõnes. Tertio mō aliqua pñt h̃re vnũ nomẽ ſi
bi cõueniẽs. ſic ꝙ illud nomen neutꝝ eoꝝ in ſpãli ꝛ ſm ꝓ
priam rõnẽ ſignificat: ſꝫ ſignificat aliquã rõnẽ vnaꝫ cõem
hijs que vtriq̃ꝫ cõueniat. ſicut homo nō ſignificat ſoꝛ. ne
q̃ꝫ platonẽ. ſꝫ ſignificat tñ vnaꝫ rõnẽ cõem. hijs. ſ. aĩal rõ
nale mortale ſimiliter aĩal nō ſignificat hoĩem aut equuꝫ
ſꝫ ſignificat vnã rõnẽ cõem. hijs. ſ. ſubſtãtiã aĩatã ſenſibi
lẽ ꝛ tale nomẽ ꝓprie diciť vniuocũ cõe talibꝰ contẽtis ſub
illa rõne cõi. Quãtũ ad ſcđꝫ. ſ. quō nois vniuoci eſt ea
dẽ rō ꝛ quō accipit ibi rō. dicẽdũ eſt ꝙ rō pōt accipi dupl̃r
vno mō ꝓ ipō cõceptu mẽtis. Alio mō ꝓ re intellecta
ꝑ talẽ ꝯceptũ. qñ ergo diciť ꝙ rō vniuocoꝝ ẽ vna ratio ñ
accipiť ibi rō ꝓ ꝯceptu: ſꝫ ꝓ re intellecta ꝑ ꝯceptũ. ꝙ patꝫ
dupl̃r p̃mo ſic. q: ſi aliq̃ diceret eſſe vniꝰ rõnis eo modo
quo vniuoca habẽt vnã rõnẽ q: de hijs eſt vnus cõceptꝰ
nũc oĩa que a deo intelligũť eẽnt vnius rõnis cum apud
deũ de oĩbus que intelligit nō ſit niſi vnꝰ ꝯceptus. ſꝫ oĩa
exñtia ꝛ poſſibilia intelligũť a deo etiã quãtũ ad ſua ꝓpa
ergo oĩa eẽnt eiuſdẽ rõnis q̃tũ ad ſuas rõnes qđ falſum ẽ
2°. q: illa rō ſm q̃ nomẽ vniuocũ cõuenit pluribꝰ: ꝯue
nit ipſis rebꝰ de q̃bus p̃dicať. nomẽ vniuocũ ſicut ꝛ ſigni
ficatũ ipſiꝰ nois. ſicut ſubſtãtia aĩata ſenſibilis p̃dicať de
hoĩe ꝛ equo. ꝛ aĩal rõnale p̃dicať de ſorte ꝛ platone. ſꝫ ꝯce
ptus nois nō p̃dicať de rebus. ergo ꝛc̃. niſi aliq̃s velleꝫ eq̃
uocare cõceptũ ad ſignificãdũ ꝯceptiõem mẽtis que eſt ĩ
mente formaliter ꝛ ad ſignificãdũ rem cõceptã. Cũ aũt
diciť ꝙ rō nois vniuoci eſt vna accipiẽdo rõnẽ ꝓ re intel
lecta ꝑ cõceptũ. Sciendũ ꝙ iſta vnitas eſt vnitas ſm rõ
nẽ ꝛ iſta vnitas eſt ens rõnis. res tñ intellecta que ſic vni
uoce intelligiť eſt vera res ex̃ aĩam. vñ ſicut qñ intelligo
hoĩem indeterminate hō dĩc mihi rẽ verã exñtẽ ex̃ aĩam
ſꝫ indeterminatio ipſa eſt ens rõnis: q: talis indetermia
tio cõuenit ſibi ꝓut eſt obiectiue in intellectu indetermi
nate ipm̃ intelligẽte. ita etiã rō intellecta ꝑ terminuꝫ vni
uocũ accipiẽdo rõnẽ ꝓ re intellecta ꝑ ꝯceptũ eſt vera res
exñs ex̃ aĩaꝫ. ſꝫ eiꝰ vnitas ẽ vnitas rõnis ꝯſiderãs ipaꝫ rẽ
ꝓut eſt obiectiue in intellectu eã ſic vniuoce intelligẽte
tale aũt vniuocũ eſt duplex. vnũ denoĩatiuũ ꝙ conuenit
pluribꝰ denoĩatiue ſicut ꝑtibꝰ in mō vt ſi dicať nix eſt al
ba. hō eſt albꝰ vtrũq̃ꝫ dr̃ vniuoce albũ aliud eſt vniuocuꝫ
eẽntiale ꝙ. ſ. eẽntialiter ꝯuenit cuilibet cõtento ſub ipō ſi
cut genꝰ cõuenit cuilibet ſpẽi. mō h̃ loquimur nō de vni
uoco p̃mo mō dicto. ſ. denoĩatiuo: q: loquẽdo ď tali vni
uoco illa q̃ ſũt diuerſoꝝ p̃dicamentoꝝ ꝛ q̃ ſũt diuerſaꝝ rõ
nũ oĩo pñt h̃re vnũ nomẽ vniuocũ dũmō hẽant ſil̃em ha
bitudinẽ ad vnũ ꝙ in ſua formali entitate eſt vniꝰ rõnis
dico aũt ſil̃em hitudinẽ q: ſi aliq̃ diuerſa hẽant diuerſam
hitudinẽ ad aliquã entitatẽ formalẽ non denoĩanť ab illa
vniuoce ꝛ iō ſanitas lꝫ dicat entitatẽ vniꝰ rõnis. q: tñ aĩal
medicina ꝛ vrina dicũt diuerſas hitudines ad illã ñ dicũť
ſana vniuoce. Sꝫ ſi ſit aliq̃ entitas formaľ vnius rõnis ꝛ
plura hñt hitudinẽ ſil̃em ad illã. illa poterũt denoĩari vni
uoce ab illa q̃tũcũq̃ꝫ ñ ꝯueniãt in vna eẽntiali rõne. nã lꝫ
q̃ntia ꝛ quantitas non habeant vnam eẽntialem rõ
nẽ cõem eis. q: tñ habẽt ſimilem hitudinẽ ad cognitõem
intellectꝰ: ꝙ lꝫ eoꝝ pōt eẽ cognitũ ab intellectu vniuoce.
ꝛ ſic appet q̃d ĩportať ꝑ vniuocũ ꝛ q̃le ſit vniuocũ de q̃ hic
loq̃mur. ſ. vniuocũ eẽntiale. Quãtũ ad ſcđm. ſ. ſuper q̃
fundať vnitas rõis ipſiꝰ vniuoci. dicũt q̃dã ꝙ fundať ſuꝑ
vnitatẽ ꝯceptꝰ mẽtis. vt. ſ. dicať vna rō nois vniuoci in
q̃tũ per vnũ ꝯceptũ intelligiť res q̃ diciť ſm vnã rõeꝫ in
telligẽdi. ſꝫ h̃ nō videť mihi eẽ verũ. q: ſ. iſtud pōt h̃re du
plicẽ intellectũ: vnũ vt dicať rō nois vniuoci: vna propť
vnitatẽ ꝯceptꝰ. q: ſ. ipſa rō eſt ipſe ꝯceptꝰ: ꝛ illud eſt falſũ
vt ꝓbatũ eſt ſ̃. q: ſ̃ oſtenſũ eſt ꝙ qñ diciť ꝙ vniuocoꝝ eſt
vna rō: ibi nō accipit rō pro ꝯceptu ſꝫ pro re intellecta per
ꝯceptũ. Aliũ intellectũ pōt h̃re vt dicať rō termini vni
uoci. vna ꝓpter vnitatẽ ꝯceptꝰ que. ſ. vnitas ꝯceptus dat
vnitatẽ rei intellecte: vt. ſ. ſm vnã rõeꝫ obiectiuã intelle
ctui obijciať: ꝛ hoc ſemꝑ falſũ eſt. Qđ pꝫ dupl̃r. Prĩo: q:
exñte vno ꝯceptu in deo: non ꝓpter h̃ ſequiť ꝙ oĩa q̃ ſibi
obijciũť: obijcianť ei ſm vnã rõem obiectiuã. q: plura ſꝫ
ꝓprias rões nō poſſunt obijci ſm vnã cõem rõem obie
ctiuã. ſꝫ deꝰ intelligit plura ſm ꝓprias rões. g°. ꝛc̃. Si
dicať ad hoc ꝙ deꝰ lꝫ intelligat plura ſm ꝓprias rões q̃
tũ ad ſecũdaria obiecta. quantũ ad primũ ꝛ per ſe obiectũ
ſue cognitõis eſt vnũ ꝛ vniꝰ rõis. Nō valet p̃mo. q: illa
plura ſiue vnũ ſit p̃ncipale: ꝛ ad ſecũdariũ ſiue pl̃a ſint ſe
cũdaria manẽt plura ſaltẽ aliquo mō nō plurifico ꝯceptu
quocũq̃ꝫ nec p̃ncipaliť nec ſecũdario. ſꝫ hoc nō eẽt ſi plu
ralitas obiectiua vel vnitas fundareť ſuꝑ vnitatẽ vel plu
ralitatẽ ꝯceptus. Secũdo. q: ex h̃ ꝙ vniꝰ ꝯceptꝰ dei eſt
vnũ prĩo ꝛ per ſe obm̃. ſ. ipſa eſſentia diuia: non ſequiť ꝙ
vnitas obiecti habeať ex vnitate ꝯceptꝰ ſꝫ magis ecõuer
ſo ſm nr̃m modũ intelligẽdi ſicut patebit in ſequẽti rõe.

Secũda rō talis eſt: q: illud a q̃ res habꝫ entitatẽ hꝫ eti
am vnitatẽ. ſꝫ ꝯceptus hꝫ entitatẽ ꝛ etiã ipã cognitõ ab ob
iecto. ergo ꝛc̃. Et hoc phs ꝛ oẽs ꝯcedũt ꝙ ſm diuerſitateꝫ
obiectoꝝ eſt diuerſitas cognitionũ. ꝛ ſm vnitatẽ eſt vni
tas regulariť ꝛ maxĩe in cognitiõe adeq̃ta. ꝛ iō vnitas iſta
oportet ꝙ fundeť ſuꝑ rẽ ſicut ſuꝑ fundamentũ remotum
Sꝫ in hoc eſt diuerſitas inter aliq̃s: nam quidã ponũt ꝙ
vnitas iſta fundať ſuꝑ plura ex parte rei: vel ſicut ſaltẽ ex
parte fundamẽti remoti ꝓpter vnitatẽ alicuiꝰ apparentꝭ
in habitudĩe ad qđ illa dicunť h̃re vnitatẽ. ſicut ſi dicať ꝙ
rō aĩalis hꝫ vnitatẽ: lꝫ al̃s cõueniat diuerſis aĩalibꝰ ꝓpter
habitudinẽ ad vnũ apparẽs qđ eſt ſentire. ſꝫ iſtud nō vide
tur mihi veꝝ: ꝛ rõem huiꝰ oñdi in p̃cedẽti q̃olibet. Inter
alias rões adduxi iſtã: q: querã de illo apparenti a quo tu
dicis ꝙ accipiť vnitas generis: vtrũ ſit vniꝰ ſpẽi ſpecialiſ
ſime vel vniꝰ generꝭ tm̃. Si p̃mo mō ſic nō videť ꝙ a tali
dẽat accipi vnitas generis. ſꝫ vnitas ꝓportionata. ſ. vni
tas ſpẽi ſpecialiſſime. ſi aũt eſt eiuſdẽ generꝭ tm̃ eadẽ eſt q̃
ſtio de iſto ꝛ de primo: vñ. ſ. hꝫ vnitatẽ. Dicũt aliqui ꝙ
iſtud apparẽs hꝫ vnitatẽ anologie ꝛ ab illa accipit rō gene
ris. Cõtra: q: vnitas minor nō pōt eſſe cã vnitatis maio
ris. ſꝫ vnitas anologie eſt minor vnitate generꝭ. ergo ꝛc̃.

Itẽ quero de iſto apparẽte ſicut p̃us: aut eſt idẽ ſpẽ ſpe
cialiſſima: aut genere tm̃. Si eſt idẽ genẽ tm̃ eſt eadẽ q̃ſtio
de iſto ſicut de alio vt dictũ eſt. Si ideꝫ ſpẽ ſpecialiſſima:
cũ idẽ ſpẽ dicať ſm rõeꝫ vnũ quero: vtrũ iſtã vnitatẽ ha
beat a ſeipſo vel ab alio apparẽti. ſi a ſeipſo: ergo ex nã rei
ꝓcedit iſta vnitas: ſicut ex ꝑte fundamẽti remoti ſicut ſu
pra dicebať. Si dicať ad h̃ ꝙ vnitas rõis que eſt ſm ſpẽꝫ
ſpãliſſimã nō ꝓuenit ex vnitate alicuiꝰ apparẽtis alteriꝰ
ab ipſa re. ſꝫ ex ipſa re que diciť vna ſpecie. tñ vnitas gene
ris ꝓuenit ex vnitate alicuiꝰ apparẽtis alteriꝰ ab ipſo qđ
diciť vnũ genere. Nō videť valere. q: qđ vnitas ſpẽi fun
deť in natura rei que diciť eſſe vna ſpẽ: hoc eſt per hoc ꝙ
illa que ſunt eiuſdẽ ſpẽi habẽt cõformitatẽ ꝛ ſimilitudineꝫ
in ſe ex nã rei. ſꝫ ſicut ea q̃ ſunt eiuſdẽ ſpẽi habẽt ſimpliciť
cõformitatẽ ꝛ ſimilitudinẽ inter ſe ex nã rei: ita etiã alia q̃
ſunt eiuſdẽ generis habẽt ex natura rei cõformitatẽ ꝛ ſil̃i
tudinẽ lꝫ diminutã reſpectu cõformitatꝭ ꝛ ſil̃itudinis ſpe
ciei: alioq̃n nō plus eſſent eiuſdẽ generis homo ꝛ equus
q̃ homo ꝛ albedo. Et ideo alijs videť ꝙ talis vnitas obie
ctiue vel ſpeciei vel generis habeãt fundamentũ remotũ
cõformitatẽ. ſ. realẽ que eſt inter res que ſunt eiuſdeꝫ ſpe

ciei vel eiuſdē generis. que quidē cōformitas cōuenit eis
ineſſe reali. q: ſicut diuerſitas rōnis ſe habet ad diuerſita
tē rei. ita vnitas rōnis ſe habet ad vnitatē vel cōformitatē
rei ſ; ſm cōiorem opinionē q̄m credo eſſe ꝟam diuerſi-
tas ſ; rōnē habet ortū a diuerſitate rei. ſicut a fundamen
to remoto. ergo ⁊c. Cōtra h̄ videt̃ eſſe difficultas. nā ſimi
litudo. ⁊ cōformitas cū ſint eoꝝ q̄ ſūt diuerſa realit̃ ⁊ diuer
ſaꝝ realitatū ñ ſit aliq̄d reale cōe vnū. ſ; tm̄ ſ; rōnē. videt̃ ꝙ
oīs cōformitas vel ſilitudo dicāt aliqđ vnū ſm rōnē tm̄.
ſ; ſm te vnitas ſpēi vel generis qui eſt vnitas ſm rōnē;
fundat̃ ſup cōformitatē vel ſimilitudinē ergo vnitas rō
nis fundat̃ ſup vnitatē rōniſ qđ eſt incōueniēs ⁊ cōtra op
poſitū. Et ad h̄ dico ꝙ aliqđ vnū pōt eſſe duoꝝ duplici
ter. vno mō ꝙ ſit vtriuſq; ꝑ p̄dicatiōem ſicut hō eſt quid
cōe. ſor. ⁊ pla. ⁊ iſto mō nō pōt eē aliqđ vnū duoꝝ niſi ſm
rationem. Alio modo poteſt eſſe aliqđ vnū duoꝝ vniꝰ. ſ.
vt ſubiecti in quo eſt. ſiue eius de quo p̄dicat̃ ⁊ alteriꝰ vt
termini ad quē eſt ⁊ iſto mō ⁊ vnū ⁊ idē numero qđ ē vnū
ſcđm eſſe reale pōt eſſe duoꝝ ſicut diffuſe tractaui in p̄ce
denti qđlibet ſicut ꝯformitas ſiue ſilitudo ſor. ad pla. ⁊ eo
dem modo equi ⁊ hoīs. ad hoīem eſt ipſiꝰ ſor. vel eiꝰ equi
ſicut ſubiecti in quo eſt de quo p̄dicatur ⁊ eſt ipſius plato
nis vel ipſiꝰ hoīs vt termini ad quē eſt. ⁊ iſta cōformitas
vniꝰ rei ad alterā ⁊ ecōuerſo eſt cā vnitatis obiectiue ſm
rōnē ⁊ eſt cā vnitatis cōceptus quātū ad illos intellectus
qui vno cōceptu non p̄nt cōcipere niſi vnā rōnē obiecti-
uā. ⁊ ponit exemplū de pluribꝰ calefaciētibus qui ſi mo-
uent aliqđ vnū ſubiectū ad calorē nō mouent niſi ad vnū
calorem ꝓpter cōformitatē q̄ habent inter ſe ſicut diffuſe
dictū eſt in p̄cedenti quol;. Dico aūt rem fundamen
tū eſſe remotū. q: talis vnitas obiectiua nō cōuenit rebꝰ
niſi ꝓut ſunt obiectiue in intellectu. ⁊ ideo talē vnitatem
h̄nt a re ſicut a fundamēto remoto mediāte. ſ. intellectu
qui ab eis natus eſt moueri ſit ad app̄hendū vnā rōnem
obiectiuā ⁊ ſic patet de ſcđo. Quātū ad tertiū. ſ. quō dif
ferāt vniuocū equiuocū ⁊ analogū difficile eſt videre q:
difficile eſt videre quō poſſit dari mediū inter vniuocū;
⁊ eq̄uocū. q: vt videt̃ eſſe nomē ⁊ vniuocū vel eq̄uocū. ꝙ
ꝓbat̃ ſic. q: oē nomē vel ſignificat vnā rōnem vel plures
vel nullā. ſi nullā nihil ſignificat ⁊ non eſt eq̄uocū nec eq̄-
uocū nec analogū cū nō ſit vox ſignificatiua. ſi ſignificat
vnā rōnem tm̄ eſt vniuocū. q: nomē vniuocū eſt in quo
vnitaſ noīs ⁊ vnitas rōnis ſignificate ꝑ nomen ſignificat
plures rōnes eſt nomē eq̄uocū: q: nomē equiuocū eſt q̄n
nomē eſt vnū ⁊ plures rōnes ſignificate ꝑ nomē. ⁊ ſic om-
ne nomē eſt vniuocū vel equiuocū. ſi accipiat̃ nomē pro
voce ſignificatiua rei ⁊ h̄ credo verū eē ⁊ neceſſariū. ꝙ oē
nomē vel eſt vniuocū vel eq̄uocū ⁊ credo ꝙ aliꝭ idē teneāt
. ſ. ꝙ oē nomē analogū vel eſt vniuocū vel equiuocū ſ; de
h̄ pōt eſſe diuerſitas q̄d verius cōueniat analogo vel vni
uocū vel equiuocū. Dicūt ergo quidā ꝙ in ſpē ſpāliſſi
ma eſt ꝑfecta vniuocatio: q: ibi eſt vna rō ſignificata ꝑ ter
minū equaliter ꝯueniēs cōtentis ſub termino in genere
aūt ē vniuocatio ip̄fecta. q: l; ſit vna res ꝑ terminū ſignifi
cata nō tm̄ eq̄liter ꝯuenit ꝯtētis ſub termino. nā ſemp ge-
nꝰ diuidit in diuerſas ſpēs q̄ꝝ vna eſt ꝑfectior altera. ana
logū aūt vt dicūt nec dicit vnā rē ſimplr̄ nec eq̄liter ꝯue-
nientē ꝯtētis ſ; dicit vnū tm̄ ſm ꝓportiōem. ſed iſtud nō
videt̃ b̄ndictū. q̄tū ad h̄ ꝙ dr̄ ꝙ l; rō generis ſit vna nō tm̄
eq̄liter ꝯuenit ꝯtētis ſub genē. q: iſta eq̄litas q̄ dr̄ rō ſpēi
ꝯuenire ꝯtētis ſub ip̄o eq̄liter. ⁊ iſta ineq̄litas q̄ dr̄ genuſ
nō eq̄liter ꝯuenire ꝯtētis ſub ip̄o aut dicūt eq̄litatē ⁊ ine
q̄litatē eēntialitatis vt dicat̃ ꝙ eq̄liter. i. eque eēntialit̃ cō
uenit ſpēs ip̄is in īdiuiduis puta hō. ſor. ⁊ pla. genꝰ aūt ñ
eq̄liter ꝯuenit ſic ſpēbꝰ. i. nō eque eēntialiter ſicut ſi dice-
remꝰ ꝙ aīal nō eque eēntialiter ꝯuenit hoī ⁊ equo. aut di-
cūt eq̄litatē ⁊ ineq̄litatē ꝑfectiōis i ꝯtētis ſub rōne cōi rei
Si p̄mo mō falſū eſt q: eque eēntialiter equꝰ eſt aīal ſicut
homo. l; ñ ſit ita ꝑfectum aīal. ſi 2° modo nihil ad propo-
ſitum quia inequalitas ꝯtentoꝝ nō reſpicit directe p̄mo
⁊ ꝑ ſe hitudinē ꝯtētoꝝ maiorē vel minorē ad ip̄m cōmune
ſed reſpicit habitudinē vnius ad alterū prout vnū ſm ꝓ-
prium ſuū excedit alterū. nō autē ꝙ vnū excedat alteꝝ in
cōmuni qđ eis cōuenit prout accipit̃ in cōmuni. Scđo

q: cum linea maior ſit perfectior minore: ſequeret̃ ꝙ nec
in ſpecie ſpecialiſſima eſſet perfecta vniuocatio. Dico
aūt quantū ad hoc ꝙ vniuocatio eſſentialis de qua loqui
mur: q̄n ſc; vna ratio que cōuenit pluribꝰ que eſt eſſenti-
alis cuilibet: cōuenit illis pluribꝰ. ita ꝙ nō vni cōueniat i
attributiōe ad alterū. ſed vnicuiq; ex ſeipſo cōuenit et ex
natura ſua formalit̃ illud cōe qđ tunc eſt vniuocatio eſſe-
tialis de qua loquimur. ⁊ verū eſt ꝙ talis vniuocatio mi
nor eſt in genere q̄ in ſpecie ſpecialiſſima: nō propter illā
cām quā illi ponebāt. ſ. q: genus ineq̄liter cōueniat ſuis
ſpeciebꝰ lic; ſpēs ſint inequales. q: aliud eſt aliquid ineq̄
liter cōuenire pluribus. ⁊ illa quibꝰ cōuenit eſſe inequa-
lia in ſuis ꝓprijs: ſed q: minor vnitas videt̃ eſſe in illa rō
ne quā importat genus: q̄ in illa quā importat ſpēs ſicut
in fundamēto talis vnitatis eſt minor ꝯformitas int̃ res
diuerſaꝝ ſpēꝝ eiuſdē gn̄is q̄ int̃ indiuidua eiuſdē ſpēi. oīa aūt
alia nō h̄ntia vnitatē ꝯformitat̃ eēntial̃ nō h̄nt aliqđ vnū
nomē cōe vniuocū eēle: l; poſſit h̄re vnū nomē vniuocū
denoīatiū. Quō g° dr̄ q̄dā vniuoca ⁊ quedā nō ſ; equiuo-
ca. videt̃ mihi ꝙ iſta ſit cauſa: q: cū ita ſit ꝙ equiuocū; di-
cat̃ illud nomē qđ ſignificat plures res ille res poſſunt ac
cipi abſq; vlla ꝯnexiōe inter ſe vel in tertio: ita ꝙ nec vna
habet attributionē ad alterā nec ambe ad tertiā. ⁊ tunc no
mē ſignificans tales res mere eſt equiuocū. et eq̄uoca ta-
lia etiā dicunt̃ a quibuſdā a caſu equiuoca. ſicut aliq̄s nō
attendēſ aliquā ſilitudinē inter aliq̄ duo imponit eis idē
nomē. Alio mō aliqđ vnū nomē pōt ſignificare pl̄es res
quaꝝ vna habet attributionē ad alterā vel ambe ad tertiā
⁊ tale nomē eſt equiuocū ſimplicit̃. ſed tm̄ ꝓpter cōnexio-
nē talē que eſt inter res ſignificatas per terminū; dicit̃ a-
nalogū ſiue ꝓportionabl̃e ſic. vbi gratia: ſanū de aīi et ſa-
nū de medicina dicūt diuerſas res: quaꝝ vna habet attri
butionē ad alterā: nam medicina dicit̃ ſana: q: eſt effectiua
ſanitatis que eſt in animali. animal aūt dicit̃ ſanū; q: ha-
bet in ſe formaliter illā ſanitatē cuiꝰ medicina eſt effectiua
⁊ iō ſanū de vtroq; dicit̃ anologice. ſanū etiā de medicia
⁊ de vrina dicit̃ ſm diuerſas res habētes attributionē ad
tertiū. nam ambe ſanitates dicte de medicina ⁊ vrina ha-
bent attributionē ad ſanitatē que eſt in animali. medicia
enim dicit̃ ſana q: efficit ſanitatē animalis. vrina autē q:
indicat eandē: vnde ſanū etiā de vtroq; dicit̃ anologice.
Talia nomia equiuoca ergo quoꝝ rōnes habēt talē cōne
xionē vel ſm cauſalitatē effectiuā: vel ſm habitudinē; ſi-
gni ad ſignatū: vel ſm aliā habitudinē dicunt̃ nomia ana
loga. alia aūt noīa ſignificātia diuerſas res nō habētes ta
lē cōnexionē ad inuicē vel attributionē ad tertiū mere ſūt
equiuoca. Notandū tm̄ ꝙ lic; medicina ⁊ vrina dicant̃
ſana equiuoce: tm̄ omēs medicine dicunt̃ ſane vniuoce: ⁊
ſimpliciter oēs vrine vniuocatiōe denoīatiua. q: . ſ. omēs
vrine habēt ſimilē habitudinē ad ſanitatē animalis. ſ. indi
catiuā. ⁊ ſimilit̃ omēs medicine habēt ſimilē habitudinē;
effectiuā ad eandē. ⁊ ſic p; de ſecūdo. ſ. qualit̃ differāt vni-
uocū ⁊ equiuocū ⁊ analogū. Quantū ad quartū. ſ. vtrū
diuerſis predicamētis ſit vnū nomē cōe equiuocū. Sciē-
dū ꝙ duplex eſt nomē vniuocū ſicut dictū eſt. ſ. eſſentia-
le ⁊ denominatiuū. ſi ergo loq̄mur de vniuoco denomia-
tiuo: ſic nihil prohibet vt mihi videt̃ eſſe aliqđ nomē vni-
uocū cōmune diuerſis predicamētis: q: illa que ſimilē ha-
bitudinē habent ad aliqđ vnū vniꝰ rōnis poſſunt habere
vnū nomen vniuocū vniuocatiōe denomiatiua. ſ; diuer
ſa predicamēta ſunt hmōi. ergo ⁊c. maior patet ex dictis.
minor probat̃. q: quādo dicit̃ ſubſtātia intellecta ab hoīe
⁊ ſimpliciter quātitas ⁊ qualitas ſunt intellecta ab homi-
ne. iſta omnia habent ſimilē attributionē ad intellectiōe;
hoīs. ſ. habitudinē obī ad qđ terminat̃ cognitō vt ad obie-
ctū cognitū. omnis aūt intellectio humana eſt eiuſdē rō-
nis ſaltem quantū ad rōnem generis. Puto etia; quan-
tū mihi occurrit nunc ꝙ eſſe in ſicut in ſubiecto vniuoce
dicit̃ quantū ad ipſa; habitudinē quā importat in de quā
titate qualitate ⁊ relatiōe. lic; eſſentia que eſſentialiter et
formalit̃ predicat̃ de quātitate ⁊ qualitate: nō dicatur de
eis ſm quoſdā vniuoce. tamem illa habitudo importata
per in denomiatiue: ſiue ſit habitudo rei ſiue ratiōis vni
uoce tamē ꝯuenit eis p̄dicatione denoīatiua. q: illa habi-

ndo nō dicit formaliter ipſam eēntiam q̄titatis vel q̄lita-
tis dato etiā ꝙ nullā rem addat ſupꝛa eēntiam accipiunt
is ⁊ ſupꝛa eēntiam ſubiecti in quo eſt alioquin nullū acci-
deus poſſet eſſe niſi in ſubiecto q̄cūq; ꝟtute etiam entia
rōnis vniuoce ꝯueniūt eis vt mihi videt̄. vnde albedo ⁊
hō ſūt ſpēs ſpālīſſime vniuoce. ⁊ ſil'r quātitas ⁊ q̄litas ſūt
genera generaliſſima vniuoce. Quātū ad vniuocū ꝟo
eēntiale vtꝝ .ſ. vnū nomē vniuocū vniuocatione eēli poſ-
ſet eſſe cōe diuerſis p̄dicamētis ſūt tres opiniōes quaruꝫ
vna dicit ꝙ ſic ⁊ h̄ ꝓbat multis rōnibus. Pꝛimo ſic. qꝛ il-
lud ꝙ dicit vnū cōceptū abſtrahentē ab aliquibus ⁊ cōe il-
lis videt̄ eſſe vniuocū reſpectu illoꝝ. ſꝫ ſic ſe habet ens ad
ſbam ⁊ accn̄s. ergo ⁊c̄. ꝓbatio ma. qꝛ illud ꝙ dicit vnū cō-
ceptū dicit vnā rōnē obiectiuā. ſed illud qđ dicit vnā rō-
nē obiectiuā cōem pluribꝰ eſt vniuocum vt pꝫ ex p̄dictis
ergo ⁊c̄. minoꝛ ꝓbat̄. qꝛ ens dicit cōceptū vnū vt videtur
abſtrahentē a cōceptu ſbe ⁊ accn̄tis. qꝛ illud qđ habet ꝯce-
ptū certū alijs exn̄tibꝰ nō certis dicit ꝯceptū abſtrahētēꝫ
ab illis. ſꝫ ꝯceptus entis eſt certus de aliquo cōceptu ſbe
⁊ accn̄tis exn̄te dubꝰ ſicut patet. qꝛ ſcimus ꝙ potētie aīe ſūt
entia: ſꝫ ignoꝛamus vtꝝ ſint foꝛme ſubſtātiales vl' accidē-
tales. ergo ⁊c̄. 2º ſic qꝛ illud qđ dicit̄ tale ab aliquo cōi
vniꝰ rōnis eſt vniuocū ſꝫ ens eſt huiuſmōi: qꝛ ens ab eſſe
dicit̄ qđ videt̄ eſſe vnius rōnis. ergo ⁊c̄. 3º ſic qꝛ in equi-
uocis pōt negari equiuocū de quolꝫ cōtentoꝝ rōne alte-
rius ſignificati. vnde iſta eſt vera canis nō eſt canis. nam
canis latrabilis non eſt canis qui eſt piſcis marinus. ſed
ens nō pōt negari de aliquo ente vere. vnde phs. 1. phiſi-
coꝝ ꝯtra ꝑmedietatē habet ꝓ incōueniēti ꝙ ens ſit non
ens vel ꝙ ens cōe nō eſt obiectuꝫ potētie intellectiue. er-
go ⁊c̄. 4º ſic ꝙ vniꝰ ſcīe debet eſſe vnū obiectū foꝛmale
vnius rationis: ſed ens cōe eſt huiuſmōi qꝛ ſbm foꝛmale
imediata ergo ⁊c̄. ma. ꝓbatur qꝛ oīs demōſtratio debꝫ ha-
bere terminos eiuſdē rōnis alioquin ſilogiſmꝰ dmōſtra-
tiuꝰ ⁊ paralogiſmꝰ nō differrēt. ſꝫ demōſtratio nō poſſet
eē vniꝰ rōnis in terminis niſi ſubiectū eēt eiuſdē rōnis.
ergo ⁊c̄. 5º ſic qꝛ p̄ma pꝛincipia cōplexa habent termios
eiuſdē rōnis vt vr̄ alioquin aliquis poſſꝫ decipi i eis cuiꝰ
ꝯriū dicit phs. 4. methaphiſice. ſed pꝛima pꝛincipia ꝯple-
xa cōponūtur ex terminis cōibuſ oībus p̄dicamētis ſicut
ex eſſe ⁊ nō eſſe ſicut qn̄ dicit̄ ipoſſibile eſt ideꝫ eſſe ⁊ nō eē
⁊ ꝑ ꝯn̄s ens ⁊ non ens ſunt termini vniꝰ rōnis. ſed termi-
nus dicens vnā rōnē eſt vniuocꝰ. ergo ⁊c̄. 6º ſic qꝛ quā-
tis eſt ens vnius rōnis. ſed de quātitate pōt ſciri qđ ē enſ
exn̄te dubio vtꝝ ſit ſubiecta vel accidēs ⁊ vtꝝ habeat ꝑus
ſe in quo ſit ſicut in ſubiecto. qꝛ de h̄ multi dubitauerunt
vt patet. 7. methaphiſice. ergo ⁊c̄. 7º ſic qꝛ paſſiones cō-
munes dicūtur cōuenire alicui cōi vniꝰ rōnis. ſed que-
dam ſunt paſſiones cōes que ſequūtur ens cōe inquātū
ens. ergo ens cōe dicit vnā rōnē ⁊ per cōſequens eſt vni-
uocū. ma. patet qꝛ paſſiones cōes cōueniūt illis quibus
ꝯueniūt per aliquā cām cōem. mi. etiā patet per phm. 6º
methaphiſice vbi dicit methaphiſicuſ cōſiderat que cōue-
niūt enti inquātuꝫ ens. 8º ſic qꝛ ens magis dicit aliquod
vnū cōe vniuocū p̄dicabile de diuerſis p̄dicamētis q̄ qđ-
cūq; aliud qꝛ eſt magis eēntiale eis q̄m aliquid aliud: ſed
aliquid aliud p̄dicatur de diuerſis p̄dicamētis vniuoce. ſ.
accn̄s qđ eſt vnius rōnis qꝛ accidens habet iſtam rōnem
que eſt ad eſſe ⁊ ab eſſe a ſubiecto p̄ter eius coꝛruptioneꝫ
que ratio inuenitur cōueniūt in omni accidente. ergo ⁊c̄.
9º qꝛ vnū vt vnū eſt cōe diuerſis p̄dicamētis. ſed vnū
vt vnū eſt vnius rōnis qꝛ dicit rōneꝫ in diuiſionis. ergo
⁊c̄. Decimo ſic. qꝛ q̄ſtio ſi eſt. eſt queſtio vna ſed nō eēt
queſtio vna niſi ens eſſet vnius rationis. ergo ⁊c̄. Un-
decimo ſic. quia ſi ens vel eſſe non diceret vnā rationem
cōem. tunc non differrent quo ſi eſt ⁊ queſtio quia eſt. h̄
eſt falſum. ergo ⁊c̄. falſitas conſequētis patet per phm qꝛ
2º poſterioꝛum ponit eas eſſe duas queſtiones ⁊ diuer-
ſas. ꝓbatio conſequentie quia ſi ens non dicit vnam rō-
nem: ſed plures tunc idem eſſet querere. ſi homo eſt ⁊ ſi
h̄ eſt ſba vel accidens. ſed querere ſi homo eſt ſba vel acci-
dēs eſt queſtio. quia eſt: quia in queſtione ſi eſt: eſt: eſt: 2º
adiacēs in queſtione aut qꝛ eſt. eſt tertio adiacēs. ergo ⁊c̄.
Duodecimo ſic quia ſi idē ē dicē oīs hō ē ens ⁊ oīs hō ē
ſubſtātia tūc ita vere negaretur de aliquo hō ꝑ nō eē ens
ſic ꝑ non eſſe ſbam. ſed h̄ eſt falſum. quia homo negatur
de albedine per hoc ꝙ albedo non eſt ſubſtantia: non au-
tem per hoc quod albedo non eſt ens: cū albedo ſit ens.
ergo ⁊c̄. 13º ſic qꝛ illud cui reſpōdet oppoſitū vnius rei
eſt vniꝰ rōis. ſꝫ ipſi eē reſpōdet oppoſitū vniꝰ rei. ergo ⁊c̄
minoꝛ etiā patꝫ per augꝰ. de imoꝛtalitate aīe dicēs ꝙ ipſi
nō eſſe nō eſt oppoſitū niſi eſſe ⁊ ecōuerſo. ergo ⁊c̄. 14º
ſic qꝛ plus poteſt cōuenire vnꝰ cōceptus vniꝰ rōis diuer-
ſis pꝛedicamētis q̄ enti reali ⁊ enti rōis. ſed cōceptus vni-
us rōis pōt cōpetere enti reali ⁊ enti ratiōis: ergo ⁊c̄. mi-
noꝛ pꝛobat̄. qꝛ poſſum ſcire per certitudinē me cogitare a-
liquid ⁊ dubitare vtrū illud aliquid ſit ens rōnis: puta fi-
gmētuꝫ vel ens reale. ſꝫ hoc nō eēt niſi illud aliquid cogi-
tatū diceret aliquē vnū cōceptuꝫ cōem vnius rōnis enti
reali ⁊ enti rationis. ergo ⁊c̄. Secūda vero opinio pōit
ꝙ bene diuerſis pꝛedicamētis cōuenit aliqđ nomē vniuſ
rōnis: nō tamē ponit ꝙ illud pꝛopꝛie ſit vniuocū. Pꝛi-
mū oſtendūt per ratiōes pꝛius poſitas. Secundū vero
.ſ. ꝙ illud vnū ſic vnius rōis exiſtēs nō ſit pꝛopꝛie vniuo-
cū. declarant ſic: qꝛ vt dicūt vniuocū pꝛopꝛie eſt quod di-
cit vnā rōem cōmunē multis que eodē modo cōuenit il-
lis multis. ſed illud vnū vnius rōis qđ cōuenit diuerſis
pꝛedicamētis nō cōuenit eis eodē modo. qꝛ ſubſtātia ⁊ ac-
cidens alio ⁊ alio modo ſunt entia ergo ⁊c̄. ſubſtantia eni
eſt ens per ſe. accidēs vero ens in alio. Tertia opinio
eſt que nō obſtantibus omnibꝰ hijs ponit ꝙ nō eſt aliqđ
cōmune vniuocū diuerſis pꝛedicamētis. nec aliqđ cōmu-
ne vnius rōis: ⁊ loquoꝛ hoc de vniuoco eſſentiali. Ad
cuiꝰ euidentiā ſciendū ꝙ aliter cōparat̄ vox ad diuerſa ſi-
gnificata per ipſam equiuoce. ⁊ aliter vniuocū cōmūe ad
partes ſubiectiuas ſub ipſo contētas. nam equiuoce vox
ſignificās plura cōparat̄ ad quodlibꝫ eoꝝ ſicut ad illud qđ
ſignificat̄ per illam quātū ad ſuaꝫ pꝛopꝛiā rōem. verbi gra-
tia. canis imponit̄ ad ſignificandū canē latrabilē q̄tuꝫ ad
ſuā pꝛopꝛiā rōem: ⁊ ſimiliter piſcē marinū. et ideo dicitur
equiuocū. qꝛ plures partes ſubiectiuas ſignificat imedia-
te. nomē vniuocū imediate nō cōparat̄ ad partes ſubiecti-
uas ſicut ad pꝛopꝛia ſignificata. vnde nō ſignificat totā ra-
tionē pꝛopꝛiā vniuſcuiuſq; cōtentoꝝ ſub eo. alioquin ſi-
gnificaret plures res. nec poſſet dici vniuocū ab vnitate
rei ſignificate per ipſū. vnde opoꝛtet ꝙ tota ratio inferio-
rū vel ſaltē aliqua pars rōis ſit extra intellectū ſuperioꝛiſ
⁊ ecōuerſo. Et hoc apparet exemplo. qꝛ animal qđ eſt vni-
uocū eſſentiale homini ⁊ equo nō ſignificat totā rōeꝫ ho-
minis vel totā rationē equi. alioquin nō per vnā rationē
pꝛedicaret̄ de vtroq;. ⁊ ideo in ratiōe hominis eſt aliquid
qđ eſt extra intellectū animalis foꝛmalē et ecōuerſo. qꝛ. ſ.
animal eſt extra intellectū foꝛmalē rōnalis. Et hoc idē pꝫ
rōe. qꝛ illud cōe aut ſignificat totā rōnem ꝓpꝛiā vtriuſq;
cōtenti: aut nō. Si ſic. ergo ſignificat pl'es res: ⁊ ꝑ ꝯn̄s nō
eſt vniꝰ rōis: nec vniuocū ſꝫ magis equiuocū. Si nō. er-
go aliq̄d cōtinet̄ in rōe cōtentoꝝ ſub cōi vniuoco diuer-
ſū ſm̄ rōeꝫ ſaltē a ſignificato cōis. ſꝫ illud qđ eſt diſtinctuꝫ
te a ſignificato alicuiꝰ nō eſt de intellectu eiꝰ foꝛmali nec
ecōuerſo. ergo ⁊c̄. His p̄miſſis arguit̄ ad ꝓpoſitū ſi di-
uerſis p̄dicamētis erit aliqđ nomē cōe vniuocū eſſentia-
le hoc eſſet ens vel eſſentia. ſed nullū iſtoꝝ eſt cōe vniuo-
cū eſſentiale diuerſis p̄dicamētis. ergo ⁊c̄. minoꝛē pꝛobo
qꝛ vbicūq; eſt dare aliqđ nomē vniuocū eſſentiale cōmu-
ne plibus: opoꝛtet in rōe illoꝝ pluriū aliq̄d icludi extra cu-
ius intellectū eſt illud cōe ⁊ ecōuerſo: vt patꝫ ex dictis. ſꝫ
impoſſibile eſt ꝙ ens cōe cōtrahat̄ ad diuerſa p̄dicamēta
per aliq̄d ꝙ ſit extra intellectū eiꝰ ⁊ ecōuerſo. ergo ⁊c̄. mi-
noꝛē adhuc pꝛobo. qꝛ illud qđ eſt tale extra cuiꝰ intellectū
foꝛmalē eſt ens cōiter dictū dicit aliq̄d diuerſuꝫ foꝛmalit̄
ab oī ente. ſed illud qđ dic̄ aliq̄d diuerſū ab oī ente dic̄ foꝛ-
malit̄ nihil. ergo ſi ens ſic vniuocū eſſentiale cōtrahat̄ ad
diuerſa pꝛedicamēta ꝯtraheret̄ per diuerſas differētias q̄
dicūt foꝛmaliter nihil: vel ſalteꝫ nō dicerēt aliquid poſiti-
uū ſed aliquid pꝛiuatiuū. ſed illud per qđ foꝛmalit̄ ꝯtrahi-
tur superiꝰ ad inferioꝛa eſt de rōe ſui inferioꝛ. ergo ſi ens
cōtrahat̄ ad p̄dicamēta ſicut ſupius eſſentiale ad inferius
p̄dicamēta includerēt in ſua rōe nihil: vel aliquā pꝛiuatio

nē:hoc eſt incōueniēs.ergo ⁊c.q: in rōe formali alicꝰ poſi
tiui nūꝙ̄ intrat formaliter aliqđ priuatiuū vel negatiuū.
Si forte dicas ꝙ ens ꝯ̄hiť ad diuerſa ꝓ̄dicamēta nō ꝑ ni-
hil nec ꝑ diuerſas entitates ſed ꝑ diuerſos modos eēndi
q:.ſ.ſubſtātia eſt ens per ſe.accidens autē eſt ens in alio.
Iſtud aūt nō valꝫ ꝓpter q̄ttuor.pmo q: quero ſi iſti mōi
eēndi includant in ſua rōne formali ens cōe vel non.ſi ſic
ꝯ̄ q: vt dictū eſt differētia cōtrahens cōe ad inferius ſub
ipſo ꝯtētū debet eſſe extra intellectū ⁊ rōnē ipſiꝰ cōis ⁊ e-
cōuerſo.ſꝫ ſi ſcđm te ens cōe ꝯ̄het ꝑ iſtos mōs.ergo ens
nō eſt de rōne iſtoꝝ modoꝝ nec ecōuerſo.ſi non.ergo iſti
modi ſūt diuerſi ab ente in cōi ⁊ ꝑ ꝯ̄ns ab oī ente.ſꝫ qđ eſt
tale eſt ſimplr̄ non ens ⁊ nihil.ergo ⁊c. 2.° ſic qñ tu dicis
ꝙ ens ꝯ̄hiť ꝑ diuerſos modos eēndi q: ſbā eſt ens ꝑ ſe ac
cidēs vͦo eſt ens in alio.quero qñ dr̄ ꝙ ſbā ē ens ꝑ ſe vtrū
li ꝑ ſe dicat hitudinē poſitiuā vel negatiuā. ſi poſitiuā cō
tra q: dicere aliq̄d eſſe ꝑ ſe poſitiue eſt dicere ꝙ ipm̄ ſit cā
ſuipſiꝰ: ſꝫ h̄ eſt īpoſſibile in quocūqꝫ genē cāe.ergo quā
do diciť ꝙ ſbā eſt ens ꝑ ſe nō pōt dici poſitiue ſꝫ ꝓ̄uatiue
vel negatiue ita qđ eſt ſenſus qñ diciť ꝙ ſbā eſt ens per ſe
.i.nō ꝑ aliud ſicut ꝑ qđ ſubſtēteť ſbiue.ſeq̄ť ergo ꝙ ens cō
trahiť ad genꝰ ſbe ꝑ aliq̄d negatiuū: ſꝫ illud ꝑ qđ ſupiꝰ cō-
trahiť ad inferiꝰ eſt de rōne inferioris.ergo aliq̄d negati-
uū eſt de rōne ſbe qđ eſt falſum. Si dicať ad h̄ qñ diciť
ꝙ ſubſtātia eſt ens ꝑ ſe qđ h̄ diciť poſitiue ⁊ ꝙ lꝫ aliq̄d nō
ſit ſibi cā eēndi ſ̄m rē ſ̄m tñ nr̄m modū intelligēdi pōt ſi-
bi eē cā eēndi. Nō vꝫ.ꝙ tūc ens rōnis ꝯ̄hens eſſet de rōe
ꝓ̄dicamēti realꝰ qđ eſt icōueniēs. 3.° ſic q: qñ dr̄ ꝙ accn̄s
eſt ens in alio.tale eſſe in alio dicit hitudinem accn̄tis ad
ſubiectū in quo eſt tūc quero de illa hitudine q: aut dicit
relatiōem realem.aut rōnis.ſi rōnis tunc ens rōnis ꝯ̄hiť
ens cōe ad ꝓ̄dicamētū reale accn̄tis ⁊ eſt de rōne ꝓ̄dicamē
ti realis qđ eſt incōueniēs.ſi aūt ſit relatio realis.tūc aut
ꝯ̄ habet abſolutū vel relatū nō abſolutū.q: vnū genus nō
ꝯ̄hitur ꝑ rem alteriꝰ generis niſi accn̄tis ſed accn̄s abſo-
lutū ⁊ relatio realis ꝑtinēt ad diuerſa genera.ergo ⁊c. nec
etiā relatiōem.q: nihil idem re ⁊ rōne ꝯ̄hiť ſeipm̄.ſꝫ illud
rl̄m poniť eſſe drīa mō quos ꝯ̄hens formaliter.ergo ⁊c.

4.° ſic.iſti tu dicis aut ſūt de intranea formalitate iſto-
rū contētoꝝ ſicut rōnale eſt de intranea formalitate hōis
aut non.ſi ſic.tūc impoſſibile eēt inuenire iſta accn̄tia ab-
ſoluta que ipā ꝯ̄hūt ſine tali modo ita ꝙ ſicut hō non pōt
eſſe ſine rōnali ita nō poſſet eſſe quātitas ſine eſſe.in.ſed
h̄ eſt falſū vt patet in ſacramēto altaris.ergo ⁊c. Dices ꝙ
eſſe.i.ſ̄m aptitudinē eſt de intranea formalitate ipoꝝ.

Cōtra ſi entitas eēntialiter importata ꝑ quātitatē ita
includit eſſe.in.ſicut hō includit rōnale in ſua formalita-
te tūc habebit eſſe.i.ad quātitatē ſicut rōnale ad hoiem ſꝫ
hō nō pōt eſſe actu ſine rōnali actu.ergo nec q̄̄titas poſ-
ſet eſſe actu ſine actuali inherentia ad ſubiectum.vñ ſicut
hō ſe hꝫ ad aptitudinē rōcinādi ita ſe hꝫ accn̄s abſolutum
ad aptitudinē inherēdi.⁊ ſicut de intranea rōne hōis non
eſt aptitudo ad rōcinādū ꝓpter cōnotatū ad qđ eſt illa ap
titudo ita de intranea rōne q̄̄titatis nō eſt aptitudo ad i-
herēdū ſubiecto ꝓpter ꝯnōtū ad qđ eſt illa aptitudo. Eo-
dē modo pōt ꝓbari ꝯ̄ ſcđam poſitiōem.ꝙ.ſ.impoſſibile ē
aliq̄d vniꝰ rōnis ꝓ̄dicatiōe eēntiali ꝯuenire eis.q: vbicū-
qꝫ eſt vna ratio ꝯueniēs multis ꝓ̄dicatiōe eēntiali. opor
teť ꝙ in rōe ꝓpā vniꝰcuiuſqꝫ illoꝝ multoꝝ icludať aliqđ
ꝯ̄hēs rōnē illā cōem ex cuiꝰ intellectū ſit illa rō cōis ⁊ ecō
uerſo.ſꝫ ipoſſibile eſt h̄ eē reſpectu diuerſoꝝ ꝓ̄dicamēto-
rū in cōparatione ad aliqđ ꝓ̄dicatū eēntiale cōe eis.ergo ⁊c.
⁊ pōt deduci ſic ꝑus. Itē ꝯ̄ ſcđam opiniōem arguiť. q:
iſti mōi q̄bꝰ dicit diuerſimode illud cōe ꝯuenire ꝯtentis
ſub eo.aut dicūt diuerſas drīas eēntiales diuidētes ꝑ ſe
illud cōe eēntiale.aut dicunt diuerſas differētias accidē-
tales ſi p.° mō.tūc cū i oī genē iueniať talꝰ diuerſitas eo ꝙ
i oī genē ē deſcēſꝰ ꝑ diuerſas drīas eēles.tūc i nullo genē
erit vniuocatio qđ falſū ē.ſi ſint drīe accidētales tūc ſeq̄ť
ꝙ cōe qđ eſt vniꝰ rōnis retineať vniuocū nō obſtāte tali
diuerſitate.ſicut homo albus ⁊ homo niger ē homo vni-
uoce. Preterea ad idem manente diffinitione manet
diffinitū.ſed diffinitio nōis vniuoci eſt ꝙ hēať vnū ſigni
ficatū vniꝰ rōnis.g.° h̄ manēte manet vniuocū.ſꝫ ſcđꝫ te
illud cōmune ſubſtātie ⁊ accidēti hꝫ vnū ſignificatū.g.° ⁊c.

Ad primū ergo in oppoſitū dicēdū ꝙ maior ē accipien
do vnū ꝯceptū pro vna rōe obiectiua mō quo ē expoſitū
eſt.⁊ tūc minor eſt falſa. Ad ꝓbationē dico prīo ꝙ ſi illa
rō eēt bona ſequereť ꝙ quātitas diceret vnū ꝯceptū cōēꝫ
vniꝰ rōis ſubſtātie ⁊ accidēti qđ falſū eſt. multi eñi hñtes
certū cōceptū de quātitate ꝙ eſt trina dimēſio ignorauerūt: vtrū eſſet ſubſtātia vel accidēs: q: ignorauerūt vtrūꝫ
eēt aliq̄d priꝰ quātitate cui ipſa inheret ſicut pꝫ per phūꝫ
7.° methaphīce.iō q̄cquid ſit de v̄itate ꝯcluſionis: ratō tñ
nō valet. Ad formā ergo rōis rñdeo primo ꝙ hr̄e certi
tudinē de ente: vtrū ſit ſubſtātia vel accidēs nō eſt habere
vnū cōceptū cōem eſſentialē ad diuerſa per ſe ꝯtenta ſub
eo: ſꝫ eſt hr̄e cōceptū certū de aliquo abſolute et ignorare
ꝯditōes eiꝰ accidētales: accipiēdo accn̄tale qđ ē ex formali
tatē alicꝰ.vnde inherere ſe habꝫ ad quātitatē ⁊ qualitatēꝫ
ſicut quedā habitudo rei vel rōis ad abſolutū. ⁊ ſimiliter
nō inherere ſe hꝫ ad ſubſtātiā: q: negatio inherētie nō po
teſt eſſe de formalitate alicuiꝰ poſitiui.⁊ talis cōceptꝰ cer
tus reſpectu inherēdi vel nō inherēdi nō ſolꝫ pōt hr̄i de
ente abſolute cōiter dicto.ſi tñ tale ens poſſet hr̄e vnū cō
ceptū: ſꝫ etiā de hoc ente ſpāli: puta de trina dimēſiōe po
teſt hr̄i certus cōceptus ignorādo vtrū inhereať vel non

Secūdo pōt dici ꝙ ex hoc ꝙ ego ſcio aliq̄d eſſe ens qđ
eſt potentia: ⁊ ignoro vtrū ſit ſubſtātia vel accidēs nō ſeq̄
tur ꝙ iſte cōceptꝰ entis qđ eſt potētia ſit vnus cōceptus
ſubſtātie ⁊ accidēti eſſentialiſ.vel vnū vniuocū eſſentiale
ſꝫ vnū denoīatiuū ꝓut cā denoīať ab effectu.naꝫ nihil ali
ud eſt dicere ꝙ̄ hoc eſſe principiatiuū ⁊ cauſatiuū alteriꝰ:
⁊ ignorare vtrū iſtud principiū ſit in ſe ſubſiſtēs vel inhe-
rens.vnde nō ꝯcludit niſi ꝙ eſſe aliqđ principiū cōuenit
eis: qđ quidē nō cōuenit eis vt eſſentiale cōe: ſꝫ vt quod-
dā denominatiuū. Tertio ad idē dico ꝙ qñ diciť ꝙ de
aliquo pōt eſſe certū ꝙ ſit ens: ⁊ dubiū vtrū ſit determina-
te qualitas: hoc nō eſt: q: ens dicit vnā rationē ſimplicēꝫ
vniuocā iſtis ⁊ eſſentialē.ſꝫ eſt: q: cōceptus diſiūctus po
teſt eē certꝰ.dubia qualibꝫ parte diſiūctiue accepta ſ̄m ſe
vñ poſſum eē certꝰ ꝙ ſoꝛ. ſtet vel ſedeať: ⁊ ignorare q̄ illa
rū partiū ſit vera: ⁊ tñ ſtare ⁊ ſedere nō dicit aliquē vnum
cōceptū ſimplicē eſſentialiť alicui rei ꝯuenientē. Ad ſe
cūdū dicendū ꝙ idē eſt de eē ⁊ de ente: q: neutrū eſt vniuſ
rationis. Ad tertiū dicendū ꝙ nec in equiuocis nec in
vniuocis cōcedendū eſt ꝙ idē res negeť de ſeipſo: niſi ſub
diſtinctiōe: ne denoteť ꝙ idem ſ̄m rē negeť de ſeipſo. vn
de nō eſt cōcedendū ſimpliciter ꝙ homo nō eſt homo vel
ꝙ canis nō eſt canis.ſꝫ facta diſtinctiōe pōt negari vnuꝫ
de altero: accepto vtroqꝫ determinate ⁊ in vniuocis vt di
cēdo homo qui eſt ſortes nō eſt homo qui eſt plato.⁊ i eq̄
uocis: vt dicēdo ꝙ canis qui eſt latrabilis nō eſt canis q̄
eſt marinus: licꝫ hincinde ſit alia ⁊ alia.nam diſtinctio vni
uoci eſt in partes ſubiectiuas.diſtinctio vero equiuoci ⁊
analogi eſt in diuerſa ſignificata. Auctoritas vͦo addu-
cta nō eſt ad ꝓpoſitū.q: ariſtoťes p.° phicoꝝ arguēs cōtra
permeuidē: qui ponebat ſophiſtice terminū vnū eſſe. Cō
cludebat ſibi ꝙ ens eſſet nō ens: nō quidē negādo vnum
equiuocū de alio: ſed oſtēdendo ꝙ oīno nihil deuiaret
ens ponebat ꝙ tm̄ vnū eſſet ens.⁊ per ꝯſequēs omne ali
ud ab illo erat nihil.⁊ ex hoc ariſtoteles deducebat ad illō
incōueniēs ꝙ omino nihil denomiaret ens ſi illud vnū
ponēťur ſubſtantia: vel ꝙ ens neceſſario denoiaret nihil
ſi vnū ponēťur accidēs. Ad quartū dicēdū ꝙ ad vnita-
tē obiecti potētie ſufficit vnitas analogie ſiue ꝓportiōis ⁊
ꝓ̄cipue illiꝰ potētie q̄ dicūt ex vno in cognitōꝫ alteriꝰ cꝰ ē
intellcūſ.nā nūc loq̄mur de potētia ꝯgnitiua: cū ſēſus ēt ſe
extēdať ad res diuerſoꝝ genēꝝ puta ad q̄̄titatē ⁊ q̄litatē.

Ad ꝓbōnē dō ꝙ ēt ad vnitatē obi ſcie ſufficit vnitas ana
logica in obo.⁊ qñ dr̄ ꝙ nō: q: demōſtratiōes ꝓcedēnt in
eq̄uoco.dico ꝙ aliquā demſ̄atiōꝫ ꝓcedē i eq̄uoco pōt du
pliciť itelligi.vno mō ꝙ ignota diſtōne eq̄uoci in vno ſē
ſu ꝯcludať in alio.⁊ ſic ꝓcedē in eq̄uoco ē deceptio ⁊ falla-
cia eq̄uocatōis.⁊ iſto mō demſ̄atio nō ꝓcedit in eq̄uoco.
Alio mō ꝙ nota diſtinctiōe oſtēdať illud qđ cōcludiť de
eq̄uoco ꝯuēire ſibi ſ̄m oēꝫ ſenſuꝫ quē pōt hr̄e: ⁊ maťie vbi
eſt ꝯnexio inť rōes plēs ſignificatas ꝑ terminū eq̄uocuꝫ

vel ãnalogũ:⁊ ſic ꝓcedere in equiuoco nõ eſt decipi ſʒ eq̃
uocatione:ſed eſt demõſtrare:⁊ per ꝯñs generare ſciẽtiã
verã:lʒ illa demõſtratio nõ ſit ita vna ſimplr̃:ſicut illa q̃ ꝓ
cedit in vniuoco:imo eſt aliquo mõ plꝛes.nec in hoc ẽ de
ceptio vt dcm̃ eſt ſaluatis ꝯditiõibꝰ ꝓmiſſis. Ad q̄ntũ
dicendũ:ꝙ ꝓma ꝓncipalit̃ ꝯplexa ſic hñt vnitatẽ ⁊ plurali
tatẽ ſicut t̃mi ex quibꝰ ꝯponunt̃.⁊ qñ dr̃ ꝙ plr̃alitas termi
noꝝ inducit deceptionẽ.dico ꝙ nõ eſt incõueniẽs non fa
cta diſtinctione:vt ſi aliquis crederet ꝙ ĩpoſſibile eſt eſſe
ſubſtantiã ⁊ nõ eſſe accñs.ſed facta diſtinctiõe nullus de
ciperet ſciens ſignificationẽ terminoꝝ etiã in mã det̃mi
nata.vñ nullus põt intm̃ decipi ꝙ credat h̃ eſſe ignẽ ⁊ nõ
ignẽ ꝓ eodẽ nunc. Ad ſextũ pʒ ex dictis:q: quãtitaſ nõ
ſe hʒ vt cõe vniuocũ eẽntiale ad ſubam ⁊ accñs vt de ſe pʒ
ſed ſe hʒ ad inherere ⁊ nõ inherere:ſicut quoddã abſolutũ
ad quandã habitudinẽ oppoſitã. Ad ſeptimũ dicendũ
ꝙ accipiẽdo ꝓpꝛiã paſſionẽ eſſe aliquid diuerſuʒ realiter
a ſubo cuius eſt paſſio ſic ens cõiter dcm̃ nõ hʒ aliquam
paſſionẽ poſitiuã:quia ĩpoſſibile eſt eſſe aliquid poſitiuũ
diuerſuʒ ab ente vl̃iter dcõ:q: ſic eſſet nihil.ideo ſi aliqua
dicunt̃ ꝑ modũ paſſionis de ente vl̃iter dcõ oʒ ꝙ vel di
cant ꝓuationẽ:ſicut vnũ qđ dicit ꝓuationẽ formalit̃:vl̃ ꝙ
dicãt ens rõnis ſicut eſſe genꝰ vel ſpẽm.⁊ ſic de alijs.vl̃ ꝙ
vnũ ens accipiat̃ ſicut paſſio alterius.⁊ ſic g° dico ꝙ nõ eſt
aliqua vna paſſio realis vnius rõnis cõi oĩ enti nec per
ꝯſequẽs oʒ querere in ente cõi cãm vnã cõem reſpectu ta
lis paſſiõis.vñ ſi bñ aduertũt iſti interimũt dcm̃ ſuuʒ:q̃a
ſi ens vl̃iter dcm̃ qđ ſe extendit ad oĩe ens eſt cã alicuiꝰ
paſſionis:illa paſſio eſt diuerſa ab omni ente:q: idẽ non
eſt cã ſui ipſius:ſed qđ eſt diuerſuʒ ab oĩ ente eſt nihil.g° il
la paſſio eſt nihil.ſed qđ eſt nihil nõ põt eſſe paſſio alicuiꝰ
ergo ſic ponere paſſionẽ entis:eſt negare paſſionẽ entis.
Nec vʒ ponẽ quãcũqʒ formalitatẽ:vt dicat̃ ꝙ formalitaſ
paſſiõis eſt diuerſa a formalitate entis:q: ſi fõalitas paſ
ſionis eſt aliqua entitas nõ eſt diuerſa ab ente cõiter dcõ
ſi aũt formalitas illa nullã entitatẽ dicat penitꝰ eſt nihil.
Ponẽdo aũt paſſionẽ entis eſſe ens rõnis vel aliq̃d ꝓua
tiuũ.ſi illa paſſio eſt ꝓuatio alicuiꝰ forme vniꝰ rõnis:ſicut
ſurditas:tunc opoꝛteret querere aliquã formã vniuocaʒ
poſitiuã quã illa ꝓuatõ ꝓuaret.ſed ſic nõ eſt hic:q: diffini
tio quã illa vnitas ꝓuat diuerſimode inuenit̃ in diuerſis
niſi ꝙ eſt ibi vnitas ꝼm ꝓpoꝛtionẽ.habere aũt ſil̃em hitu
dinẽ ad intellectũ põt competere illis que nõ habẽt aliqđ
cõe vniuocũ eſſentiale ſicut ſupꝛa dcm̃ eſt.⁊ ideo nõ eſt in
cõueniẽs ſi ꝯueniat eis aliqđ cõe vniuocũ denoĩatiuũ:ſi
cut eſſe genus vel ſpẽm. Ad octauũ dicendũ:ꝙ veꝝ eſt
ꝙ ens eſſet cõe vniuocuʒ eſſentiale ſube ⁊ accñti.ſi aliqđ
vniuocũ poſſet eis ꝯuenire.⁊ qñ dr̃:aliqđ cõe cõuenit di
uerſis ꝓdicamẽtis:puta eſſe accidẽs.dico ꝙ illud non eſt
vniuocũ eſſentiale de quo loquimur:ſed eſt vniuocũ de
nomiatiuũ ⁊ accñtale:mõ nihil ꝓhibet aliqđ denoĩatiuũ
vniuoce ꝯuenire plibꝰ:que nõ ꝯueniũt in aliquo cõi vni
uoco eſſentiali. Ad nonũ pʒ ex dictis. Ad decimũ di
cendũ ꝙ qđ ſi eſt ꝼm eſſe puta in ſuba vl̃ accñte eſt vnius
rõnis vniuoce accipiẽdo eſſe ꝓ eſſe iſtiꝰ vel iſtius det̃mi
nate.Sed accipiendo eſſe in generali.dico ꝙ nõ eſt que
ſtio vna niſi vnitate ãnalogie. Ad vndecimũ dicenduʒ
ꝙ illas queſtiones differre duplr̃ poteſt intelligi:vl̃ quã
tũ ad foꝛmã querẽdi:vl̃ quantũ ad realitatẽ queſitã.ꝓmo
modo differũt iſte queſtiões:quia in ꝓma eſt:eſt 2° adia
cens.in ſcđa ꝟo eſt 3° adiacens.ſi aũt loq̃mur quantũ ad
realitatẽ queſitã ꝼm illos qui ponũt ꝙ eſſe ⁊ eſſentia non
differũt realit̃ ſemꝑ:imo ſunt ideʒ realit̃ qñqʒ.nam qñqʒ
queſtio ſi eſt realit̃ idem eſt acſi querat̃ vtrũ h̃ de quo q̃ri
tur ſit quedã eſſentia in rerũ nã vel hñs eſſentiã qđ ſil̃iter
ꝑtinet ad queſtionẽ quia eſt.Sed vbi ꝓdicatũ adiunctuʒ
ipſi eſſe diceret aliqđ nõ ens:ſicut eſt figmentũ:tunc que
ſtio ſi eſt.⁊ queſtio q: eſt:nõ ſunt idem.vnde nõ eſt idem
querẽ vtrũ chimera ſit qđ ꝑtinet ad queſtionẽ ſi eſt.⁊ vtrũ
chimera ſit figmentũ qđ ꝑtinet ad queſtionẽ:quia eſt:q: q̃
rere ſi eſt:eſt querere de eſſe reali.ſed querẽ quia eſt:ẽ q̃re
re de inherẽtia ꝓdicati ad ſubm̃ q̃ qñqʒ eſt ð eẽ reali:vt qñ
querit̃ vtrũ homo ſit albus:⁊ quãdoqʒ ꝑtinet ad nõ eẽ re
ale:vt qñ queritur an chimera ſit figmentũ. Dico ergo
q̃tum ad rem ꝑtinet:ꝙ querere ſi eſt:eſt querẽ vtrũ ſit ali
qua eſſentia realis.⁊ hoc querẽ:eſt querẽ vtrũ ſit realiter
ſubſtãtia uel quãtitas.⁊ ſic de alijs.ſed querẽ de eſſentia
nõ eſt querẽ de aliquo vniuoco:ut dictũ eſt. Ad duode
cimũ dicendũ ꝙ nõ eſt idẽ negare aliq̃d de homine ꝑ hoc
qđ nõ eſt ſuba ⁊ per hoc qđ nõ eſt ens.nõ q: ens dicat ali
quem vnũ conceptũ cõem ſubſtãtie ⁊ cuidã alteri.ſed q:
dicit ſaltem vnũ cõe analogũ:qđ nõ debet negari de alio
a ſubſtãtia niſi facta diſtinctiõe.⁊ hoc idẽ habet locũ in pu
ro eq̃uoco.vñ non debeo dicere ꝙ canis latrabilis nõ eſt
canis niſi facta diſtinctiõe ꝙ nõ eſt canis marinꝰ. Ad
decimũtertiũ dicẽdũ:ꝙ ip̃m eſſe nõ habet vnũ oppoſitũ
vniꝰ rõnis.⁊ qñ dicit Augꝰ.ꝙ ipſi eſſe contrariũ eſt non
eſſe ⁊ ecõuerſo:dico ꝙ nõ dicit ꝙ ip̃m eſſe ul̃ ip̃m nõ eſſe
vno mõ dicant̃:imo ſtat cum dicto ſuo ꝙ diuerſimode
dicant̃:⁊ cuilʒ mõ affirmato rñdet ſua negõ. Sciẽdũ ẽt
ꝙ eẽ ⁊ nõ eẽ nõ opponũt̃ ꝯrie:ſʒ ꝯdictoꝛie.vñ Augꝰ nõ ac
cipit ꝯrietatẽ ꝓpꝛe:ſʒ large ꝓ oĩ repugñtia. Ad.14.dđ ꝙ
ẽ mirabile ꝙ vnũ vniuocũ eẽntiale ꝯueĩat enti ⁊ ñ enti.q:
figmentũ accipiẽdo pro repñtato ꝑ talẽ imaginẽ quã faci
unt fingẽtes eſt nõ ens.Et qñ dicit̃ ꝙ nõ accipit̃ figmẽtũ
in rõne coꝝ ꝓut dicit omnino nõ ens:ſʒ ꝓut includit id
qđ format̃ in aĩa de ipſo:hoc nihil eſt.q: id qđ format̃ in
aĩa ſiue ſit cõceptus verus ſiue falſus:eſt vera res:nec eſt
ens rõnis.diſtinctũ ꝯtra eſſe reale.Ideo ponere aliquid
cõe huic enti ⁊ cuidã alteri:nõ eſt ponere aliquid cõe enti
reali ⁊ enti rõnis.ſed eſt ponere aliquid cõe pluribꝰ enti
Quartū eſt: quod videt' mihi difficilius: ꝙ aliqꝺ accidens recipiat' in aliquo ſicut in ratiōe receptiua: ⁊ nō denominet ipſum formalit' quale uel quantū. ſed anima rationalis ſm iſtā poſitionē ponitur ratio receptiua quantitatis: ⁊ tn̄ non denominat' quanta etiā ſm iſtam poſitionem. ergo ⁊c. Cōtra tertiā opinionē quam credo eſſe veram. ſ. ꝙ in hoīe ſola materia eſt ratio receptiua quantitatis vident' eſſe plura de iſtis incōuenientibus ſupra poſitis. nam tria incōuenientia que ſequunt' cōtra duas ꝑmas opiniones ponētes pluralitatem formarū: ſequūtur etiā contra iſtā. ſ. ꝙ anima rōnalis recipit' in extenſo. q: in materia extenſa. ⁊ ꝙ homo cōponit' ex aliqua parte: ꝙ nec per ſe nec ꝑ accidens eſt extēſa. ſ. anima. ⁊ ꝙ etiā ut videt': homo ſm ꝙ homo nō eſſet corp⁹. q: ſm ꝙ homo nō cōuenit ſibi quantitas. Secundū etiā incōueniens quod ſequit' contra tertiā opinionē de ꝑmis tribus videtur ſequi ad iſtā. ſ. ꝙ oportet ponere ꝙ anima rōnalis ſit in homine ſubiectū alicui⁹ quanti ꝑ accidens. ſ. potentiarum organicarū ⁊ actuū earum: ex quo nō ponit' in hoīe niſi vna anima. Preter etiā iſta incōuenientia adducūtur multa alia. Primo ſic. q: illud quod cōuenit ꝑ ſe ſuperiori cōuenit omnib⁹ cōtentis ſub eo. ſed corpori ꝓut ſtat ꝓ ſubſtātia cōuenit per ſe eſſe quantū. ergo cōuenit cuilibet cōtento ſub eo. ſed homo ꝑ ſe eſt cōtent⁹ ſub ſubſtantia que eſt corpus ꝑ ſe. ergo eſſe quantū cōuenit homini per ſe. ſed ſi forma hominis nō eſſet quanta uel extenſa: nō cōueniret homini eſſe quantū per ſe. q: homo eſt homo per ſuā formā. ergo ⁊c. Secūdo ſic. q: ſequeretur ut videt' ꝙ homo nō eſſet per ſe ꝯtentus ſub corpore quod eſt ſubſtātia. q: corp⁹ quod eſt ſubſtātia dicit nō ſolum materiā: ſed etiā materiā et formā ſiue compoſitū ex materia ⁊ forma: quod cōſequit' quātitas. ſed ſm te in homine quātitas nō ſequit' compoſitū nec formā: ſꝫ materiam ſolū. ergo hō per ſe nō continet' ſub natura cōpoſita quam cōſequit' quātitas per ſe: ⁊ per ꝯn̄s nō continetur ꝑ ſe ſub corpore qꝺ eſt ſubſtantia. Tertio. q: ſubſtātia ꝑma eſt ſubiectū omniū accidētiū. ſed materia nō eſt ſubſtātia ꝑma. ergo ⁊c. Quarto ſic. q: eſſe extenſum aut cōuenit materie per ſe: aut ꝑ accidens. Nō per accidens ſm te. ergo ꝑ ſe. Aut igit' per ſe ⁊ ꝑmo: aut ꝑ ſe: ſed nō primo. Nō per ſe ⁊ nō ꝑmo. q: ſi ꝯueniret ſibi per ſe ⁊ nō primo: cōueniret ſibi per aliud: qꝺ eſt falſum. quia illud aliud eſt forma. ſed in homine nō poteſt cōtingere materiā eſſe extenſam per formā ſm te qui ponis ꝙ in hoīe nulla forma eſt extenſa. ergo cōuenit materie ꝑmo ⁊ ꝑ ſe eſſe extenſā. ſꝫ illud qꝺ ꝯuenit alicui ꝑ° ⁊ ꝑ ſe: ꝯuenit ſibi circūſcripto quocūqꝫ alio. ergo eſſe quantū ꝯueniret materie circūſcripto omni alio. ⁊ per ꝯn̄s circūſcripta forma. hoc eſt falſuꝫ. ergo ⁊c. ꝓbo falſitatē ꝯn̄tis. q: in ꝑ ſe ordinatis ſecundū nō pōt eſſe ſine ꝑmo. ſed forma ſubſtātialis ꝑ ſe eſt ꝑor omni accn̄te. ergo nullū accn̄s pōt ineſſe māe: nec ꝑ ꝯn̄s quātitas ſine forma ſubſtātiali. 5° ſic. q: idē ſubiectum eſt dimenſionū terminataꝝ ⁊ intminatarū. ſed ſola mā nō eſt ſubm dimenſionū terminataꝝ. g° ⁊c. ꝓba° mi. q: ꝯpoſitū nō eſt ꝑ illud ſubm dimenſionū terminataꝝ ꝑ qꝺ cōpoſitū nō hꝫ eſſe terminatū. ſed cōpoſitū nō hꝫ eſſe terminatū ꝑ mām: ſed ꝑ formā. g° ⁊c. 6° ſic. q: illi nō cōuenit eſſe quantū cui nō ꝯuenit eſſe illud qꝺ eſt. ſed māe nō ꝯueīt eē illud qꝺ eſt: ſꝫ ſube ꝯpoſite. g° ⁊c. 7° ſic. q: qꝺ nō ē rō augmēti nō ē rō recipiēdi quātū ſiue quātitatē. ſꝫ mā nō eſt rō augmēti in ꝗ̄cūqꝫ viuo: ſꝫ aīa. g° ⁊c. 8° ſic. q: ſi mā eſt cā extēſionis aut efficiens aut formalis aut ut ſubm: aut ut rō in qua recipit'. Nō p° mō. ut de ſe patet. Nec 2° mō. q: extenſio ſit ꝑ quātitatē: nō ꝑ mām formaliter. Nec etiā ut ſubm in quo. q: illud eſt ens actu. mā aūt nō dicit ens actu. nec ut rō in ꝗ̄: ita. ſ. ut ſit ipſa pars in ꝗ̄ recipit' quantitas in cōpoſito. q: accn̄s qꝺ eſt in ſola parte nō denoiat totū: niſi illa ꝑs ſit ꝑncipalior: ul' maior: uel illud accn̄s determinet ſibi illā partē. ſicut albedo ex hoc ꝙ eſt in dentibus nō denominat totū hoiem. q: non eſt in ꝑncipaliori parte. ſicut albedo que eſt in facie: nec eſt in maiori parte. ſicut albedo que eſt i maiori parte hominis. nec etiā ſibi determinat partē que ſunt dentes. q: in alijs partibus pōt eſſe albedo. ſed mā nō dicit partem ꝑncipaliorē nec maiorē ꝯpoſiti: nec quātitas determinat ſibi mām: cum inueniatur in celo in quo nō eſt materia ſm quoſdā. ⁊ cū inueniant' multe forme quāte per accidens ⁊ non ſolū mā. ergo ⁊c. Nono ſic. q: ſuba ꝑ illud

eſt receptiua quātitatis ⁊ cuiuſcūqȝ accn̄tis per ꝙ differt
ſubiectum forme accidentalis a ſubiecto forme ſubſtan-
tialis. ſed illud eſt forma ſubſtātialis. ergo ⁊c. ꝓbatio mi-
noris quia per h̄ differt ſubiectum forme accidētalis a ſb̄
iecto forme ſubſtātialis. quia ſubiectum forme accidēta-
lis eſt ens actu. ſubiectū vero forme ſubſtātialis non eſt
ens actu. ſed in pura potētia. Ex hoc arguitur ſubiectū
forme accidētalis differt a ſubiecto forme ſubſtantialis ꝑ
eſſe ens actu ſimpliciter. ſed omne compoſitū ē ens actu
ſimpliciter per formam ſubſtātialē. ergo omne cōpoſitū
eſt ſubiectū forme accidentalis cuiuſcūqȝ per formā ſub-
ſtantialem ⁊ per conſequens quantitatis. 10. ſic. q: qua
ratione materia eſt receptiua quantitatis in homine ea-
dem ratione in alijs. quia effectus cōmunis debet habe-
re cām cōem. cōmunis autem effectus hominibus ⁊ mul
tis alijs ab homine materia non eſt receptiua quantita-
tis. ergo nec in homine. probo minorem. quia in celo ra-
tio receptiua quantitatis non eſt materia quia ibi nō eſt
materia vt dicūt nec in alijs corporibus inferioribus ab
homine cum in eis tam forma quā materia ſint extenſa.
ergo ⁊c. Duodecimo ſic. quia ſi in homine ſola mate-
ria eſſet receptiua quantitatis tunc nulla neceſſitas eſſet
ponere quācunqȝ formam quantū per accidens ſaltem
quantum ad formas ſubſtantiales que precedunt quan-
titatē in materia ſed multe forme ſubſtantiales ſunt quā
te per accidens. ergo ⁊c. 12. ſic quia non plus conue-
nit componendo per materiam quātā extendi quā moue
ri vel fatigari. ſed iſta conueniunt forme per accidens. er
go ⁊c. 13. ſic. quia hō ⁊ brutū vniformiter mouētur ⁊ ſūt
in loco ſed moueri ⁊ eſſe in loco cōuenit vnicuiqȝ per q̄n
titatem. ergo vniformiter conuenit homini ⁊ bruto eſſe
quantum. ſed ſua anima in bruto eſt quanta per accidenſ
ergo ⁊ in homine. 14. ſic quia nulli cōuenit moueri lo-
caliter niſi quanto quia eſſe quantum eſt illud per qd̄ cō-
uenit animali moueri localiter quia motis nobis mouē-
tur ea que ſunt in nobis. ergo ⁊c. 15. ſic quia cuicūqȝ cō
uenit antecedens ⁊ conſequēs. ergo cui non conuenit cō
ſequens nec antecedēs ſed eſſe rōnē receptiuā quātitat
in hoīe eſt antecedēs ad oēm rōnē receptiuā q̄titatis ſim
pliciter. ſed materie nō cōuenit eſſe rōnē receptiuā quan
titatis ſimpliciter quia ſic in oībus eſſet ratio receptiua
quātitatis qd̄ eſt falſū. igit̄ nec in hoīe rō receptiua q̄tita
tis eſt materia. 16. ſic q: ſ̄m fratrē thomā ⁊ auic. corpuſ
qd̄ eſt ſubſtātia eſt illud in quo pōt eſſe trina dimēſio. ſed
corpꝰ qd̄ eſt ſb̄a non dicit ſolam māȝ. ergo ⁊c. 17. ſic q:
potētia remota nō recipit immediate illud reſpectu cuiꝰ
eſt potētia remota. ſȝ mā dicit potentiā remotā reſpectu
accn̄tis. ergo ⁊c. 18. ſic q: diuerſoꝝ actuū non eſt idē im
mediatū receptiuū. ſȝ forma ſubſtātialis ⁊ accn̄talis ſūt di
uerſi actꝰ. ergo ⁊c. 19. q: accn̄s diffinit̄ ꝑ ſubiectū. ſȝ ni-
hil diffinit̄ ꝑ māꝫ cum ipſa ſit ignota. ergo ⁊c. 20. ſic q:
entitas ſb̄iua q̄titati nō eſt mā ſ̄m te. q: nō ponis ꝙ mā
ſit ſubiectū q̄titat̄ nec forma ſ̄m te ſaltē i hoīe. ergo nec
etiā cōpoſitū cū cōpoſitū ſi dicat entitatē diuerſā ab enti-
tate oīum ſuarum ꝑtiū ⁊ ſi dicaſ ꝙ ꝯpoſitū ſiue entitas cō
poſiti ſit ſb̄m q̄titat̄. ergo ⁊ ꝑtes ⁊ multo plus ꝑs ꝑfecti-
or puta forma. 21. ſic nō minꝰ expit̄ hō ſe hr̄e carnē ⁊ oſ
ſa q̄ta q̄ ſe itelligē. ſȝ ꝑꝑ h̄ ꝙ hō expit̄ ſe intelligē tu ꝯclu
dis ꝙ itelligere eſt actus hoīs vt ſubiecti ⁊ qd̄ aīa eſt for-
ma eius. ergo eadem rōne debes cōcludere ꝙ caro ⁊ oſſa
ſūt ſubiectū quātitatis in homine ſed caro ⁊ oſſa non di-
cūt ſolā materiā. ſȝ materiā ⁊ formā. ergo ⁊c. ⁊ ſic i vniuer
ſo cōtra iſtā poſitiōem vincit̄ eſſe. 26. incōueniētia. Ad
.1. iſtoꝝ dicēdū ꝙ nō ē icōueniēs ꝙ aīa rōnal̄ recipiat̄ i ex
tēſo dūmō extenſū nō rōe qua extēſū ſit ꝑfectibile ꝑ ipaȝ
nec dependens ab ea. vnde ad ma. cum dicit̄ ꝙ illud reci-
pit̄ in extenſo eſt extenſum. dico ꝙ non eſt verum de eo
ꝙ recipit̄ in extenſo ita ꝙ extenſio nō eſt ratio receptiua
nec ab ea dependet nec etiā de eo hȝ veritatē qd̄ eſt in extē
ſo vt ē minꝰ extenſiōis ſicut pȝ de pūcto. Iſta aūt rō ma
gis eſt contra ponētes plures formas in homine. quia ſi
recipi in extenſo eſt ratio ꝙ aliq̄d ſit extenſum tunc ei cō
uenit magis eſſe extenſum cui ꝯuenit magis recipi in ex
tenſo ſ̄m qd̄ extenſum. ſed ſ̄m ponētes plures formas ⁊
quātitatē cōſequi formā corporeitatis magis cōuenit ani
me rōnali recipi in quāto vel extēſo in eo ꝙ extenſū q̄ po
nēdo ꝙ recipiat̄ in materia extēſa que dicit̄ extēſa vt illud
rōne cuius extēſio ineſt toti: ergo ⁊c. ꝓbatio minoris. q:
illi qui ponūt ꝙ aīa recipit̄ in ꝯpoſito ex materia ⁊ forma
corporeitatis extenſo quantū ad vtrāqȝ per quātitatē po
nūt ꝙ anima requirit vt perfectibile quoddā cōpoſitū ex
tenſū. ſȝ illi qui ponūt ꝙ anima recipit̄ in materia que eſt
extenſa ita ꝙ extēſio nō eſt ratio receptiua eius: ſȝ magis
preintelligit̄ aīa vniri materie anteq̄ extendat̄ mō quo in
fra dicet̄: nō ita ponūt animā requirere vt per ſe perfecti
bile q̄tum in eo ꝙ quantū. ergo ⁊c. Ad ſcd̄m dicenduȝ
ꝙ nō ſequit̄ ꝙ ſi homo eſt ꝯpoſitus ex aliqua parte q̄ nec
per ſe nec per accidēs extenſa ſit ꝙ homo nō ſit extenſus
Sȝ cōtra hoc obijcit̄: q: homo nō dicit̄ prima potētia:
q: eſt cōpoſitus ex aliqua parte que nō eſt pura potentia
nec per ſe nec per accidēs. ſ. aīa. ergo a ſili nō dicet̄ extēſuſ
q: eſt ꝯpoſitus ex aliqua parte que nō eſt extēſa nec per ſe
nec per accidēs. Dicendū ꝙ nō valet. q: aliud eſt eē par-
tē vel eſſe accidens alicuiꝰ partis ⁊ denoiari a parte vl̄ ab
eius accidēte. mō ita eſt ꝙ eſſe purā potētiā vel eſſe in pu
ra potētia eſt eſſe materiā. ⁊ iō nō pōt dici ꝙ homo ſit pu-
ra potētia vel ſit in pura potētia q: nō eſt materia ſȝ bene
denoiat̄ a materia q: eſt res materialis. iſta enim eſt vera
homo eſt habēs purā potentiā partē ſui. vnde certū eſt ꝙ
homo vere dicit̄ criſpus ⁊ tn̄ eſt cōpoſitus ex aliqua par-
te que nec per ſe nec per accidens eſt criſpa: ſic ex pede. ſic
etiā lȝ homo nō ſit aīa nec extēſio: nec materia tn̄ eſt aīatꝰ
extenſus: ⁊ quoddā materiale ⁊ nō ſolū hoc imo etiaȝ aia-
tū dicit̄ extenſū ⁊ extenſū animatū. quedā aūt dicunt̄ cō-
tra hoc que infra tangent̄ in ſolutiōe argumētoꝝ quorū-
dā. Ad tertiū dicendū ꝙ adhuc ſtat ꝙ homo ſ̄m qd̄ ho
mo ſit corpꝰ qd̄ eſt ſubſtātia ⁊ q̄n dicit̄ ꝙ nō. q: corpus eſt
illud qd̄ cōſequit̄ per ſe quātitas. dico ꝙ verū eſt vel ratō
ne vtriuſqȝ partis vel rōe alterius. ⁊ q̄n dicit̄ vlteriꝰ ꝙ ho
mo in eo ꝙ homo nō eſſet corpuſ: q: homo eſt homo per
animā rationalē. Dicēdo ꝙ nō ſolū eſt homo per animā
rationalē ſȝ etiā per materiā. vnde nec anima ſeparata eſt
homo. ſȝ veꝝ eſt ꝙ homo eſt homo per animā rōnalē ꝑn-
cipaliter. ⁊ ideo homini in eo ꝙ homo cōuenit nō ſolū il-
lud qd̄ ſibi ineſt ratione forme ſed etiā quod ſibi ineſt rōe
materie. nec oportet ad hoc ꝙ aliquid ſit corpꝰ per ſe qd̄
eſt de genere ſubſtantie ꝙ ſua forma ſit per ſe vel per acci
dēs extenſa: ſȝ ſufficit ꝙ dicat naturā cōpoſitā quā de ne-
ceſſitate cōſequit̄ quātitas: vel ratiōe totius vel rōe alte-
rius partis. Sciendū etiā ꝙ quātitas conſequit̄ homi
nē ratiōe anime nō ſicut ratiōe principij. i. receptiui: ſȝ ſi-
cut ratiōe eius qd̄ in ſuo receptiuo requirit talē diſpoſiti
onē ⁊ precipue in ordine ad ſuas opationes. Iſta etiaȝ
ratio eſt cōtra ponētes in homine aliā formā ab aīa ratio-
nali: dum tamē ponant animā rationalē eē indiuiſibilem
per ſe. q: ſi ꝓpter hoc homo nō eſt per ſe corpus qd̄ ē ſub-
ſtantia: q: nō cōuenit ſibi eſſe quantuȝ per illud ꝙ eſt ho-
mo: cū nō ſit homo vt ipſi ponunt niſi per animā rationa
lem. ſequit̄ ꝙ homo per illud qd̄ eſt homo nō eſt corpus.
Si dicas ꝙ imo: quia per aliquā partem ſui eſt quantuſ
nō valet: q: homo formaliter nō eſt homo niſi per animā
rationalē. ſicut nec album formaliter eſt albuȝ niſi per al-
bedinē: quia quicquid poneret̄ preter animā rationalem:
cuȝ materia per illa ſiue compoſitū ex illis non eſt homo
formalit̄ homo ſed ſolūmodo ſubiectiue: dato ꝙ illa alia
eſſent quedam forme: ſicut dato quod in ſubiecto forme
albedinis ſint multe forme preter albedinem per nullam
illarum album eſſet album formaliter: niſi per ſolam al-
bedinem. Ad quartum dicendum ꝙ ſecunduȝ illos
qui ponerent quod potentie anime nec caruȝ actus ſunt
extenſi: facile erit reſpondere negādo quod aſſumitur ſci
licet ꝙ aliquod extēſum ſit in anima ratōnali ſicut in ſub
iecto: poſito etiam ꝙ illa ſint extenſa per accidens: adhuc
non ſequitur ꝙ anima ſit extenſa. quia ratio receptiua ta
lium non eſt extenſio principaliter: nec eſſe extenſum. et
ideo non oportet ꝙ anima ſit extenſa: ſed ſufficit ꝙ com-
poſitū qd̄ eſt ſubiectū cōe iſtoꝝ ratiōe alicuiꝰ ſui ſit extēſū
Ad q̄ntū qd̄ eſt ꝑmū de incōueniētibꝰ que adducūt̄ ab

alijs.dō ꝙ homo licet ſit homo principaliter per formaꝫ
non tamē per ſolam formā niſi accipiat cū determinatio
ne ꝙ per ſuā formā ſolū eſt formaliter homo.vnde per ſe
cōuenit hoi ꝙ ſibi cōuenit ratione materie. qꝛ hō eſt ꝑ ſe
ꝯpoſitū ex mā ⁊ forma ⁊ vtrūqꝫ eſt ꝑncipiū eiꝰ eēntiale.
Iſta etiā rō erit cōtra ponētes in hoie plures formas. nā
ſi poneret in hoie ꝑter aiam rōnalē mille millia. forme tn̄
homo ꝑ ſolā aiam rōnalē eſt formaliter homo.licet ſbiue
ſit per alia hō.mō quo ſupra dictū eſt.⁊ iō ſi homo nō eſt
ꝑ ſe quātus niſi forma per q̄m formaliter eſt hō ſit quāta
ſiue extenſa ſeq̄tur ꝙ homo non ſit ꝑ ſe q̄tus:vel ꝙ aīa
rōnalis ſit extenſa quoꝝ vtrūqꝫ eſt falſuꝫ.ſufficit ergo ad
ħ ꝙ homo ſit q̄tus ꝑ ſe ꝙ q̄titas cōſequat aliqđ ꝑncipiū
eēntiale ſuū vel mediate vel imediate.⁊ ħ videmꝰ q̄ſi ꝑ ſi
mile in ꝑtibꝰ rōnis.nā lꝫ homo nō ſit formaliter hō ꝑ aīa
mā ſenſitiuā in eo ꝙ ſenſitiua eſt.alioquin oē habēs aīaꝫ
ſenſitiuā eſſet hō:tamē illud ꝙ ſequit hoiem in eo ꝙ ſen-
ſitiuꝰ eſt per ſe cōuenit hoi.⁊ non ſolū illud ꝙ cōuenit ei
in eo ꝙ rōnalis ſed etiā illud ꝙ cōuenit ſibi per quācūqꝫ
ꝑtē eēntialē realiter ꝯſtituētē ipm ſiue ſit aīa rōnalis ſiue
aliqđ aliud ꝙ ſibi ꝯuenit per ſe. Ad ſextū dicēdū ꝙ licꝫ
quātitas nō ſeq̄tur cōpoſitū rōne vtriuſqꝫ ꝑtis.cōſeq̄tur
tamē ipm rōne alterius ꝑtis in hoie ⁊ forte in oibus. qꝛ il
lud qđ eſt ſimpliciter quātū eſt cōpoſitū ⁊ ꝯpoſitū eſt illđ
qđ eſt.ſed illud rōne cuius ineſt quātitas non eſt tota na
tura ꝯpoſiti ſed altera ꝑs eius ita ꝙ homo eēntialiter dic
naturā ex materia ⁊ forma que cōtinet ſub natura corpo-
reitatis q̄m dicit ſbā. ſed nō oportet ꝓpter ħ qđ quātitas
cōſequatur eam rōne vtriuſqꝫ ꝑtis ſaltē ſuſceptiue. licet
forma poſſit eſſe cā quātitatis in aliquo genere cāe ſicut
forte ita dicet. Ad.7.dicēdū ꝙ accipiēdo ſubiectuꝫ pro
ſuppoſito habente ſic ſubſtātia ꝑma eſt ſubiectū oiuꝫ ac-
cidētiū ſiue cōſeq̄t cōpoſitū rōne forme ſiue rōne māe ac
cipiēdo aut ſubiectū ꝓ rōne ſuſceptiua ſic ſubſtātia ꝑma
non eſt ſemꝑ ſubiectū oium accidētiū ita ꝙ ẜm oēm ꝑteꝫ
ſui ſit rō receptiua.ſed materia iſto modo eſt ſubiectū ex-
tenſionis ſicut etiā ſi diceret ꝙ quātitas eſt ſubiectuꝫ co
loris. Sed contra ħ dicit illi ꝙ quantitas dicit aliquo
mō colorata.ſed materia ꝑte nō dicit extenſa.ſed rō rece
ptiua extenſionis. Sed ad ħ dico ꝙ iſti loquūtur ſicut
ignorantes naturā rei vel ſicut ignorātes verbū ꝙ dixerā
nam ego dixi ⁊ dico ꝙ materia eſt rō receptiua extenſio-
nis ⁊ etiā extenſa eo mō quo quātitas dicit colorata ẜm
genus cāe ſuſceptiue.vel calor dicit calefacere ẜm genꝰ
cāe effectiue.tamē ẜm phm.7.methaphiſice nec calor ꝓ-
prie calefacit.ſed ſuppoſitū habēs eū nec quātitas ꝓprie
eſt alba vel colorata.ſed ſuppoſitū hn̄s ⁊ iſto mō intellexi
materiā ꝓprie loquēdo non eſſe ipꝫ quātū ſicut illud qđ
eſt ſuppoſitū habens licet ſit quāta ſicut quātitas colora
ta.ſ.ſbiue. Ad.8.dō ꝙ materia eſt quāta ꝑ ſe mō dicto
⁊ q̄n dicit ꝙ aut ꝑ ſe ⁊ ꝑmo aut ꝑ ſe ⁊ non ꝑmo.dicēdū ꝙ
q̄nqꝫ ꝑ ſe ⁊ ꝑmo q̄nqꝫ ꝑ ſe ⁊ nō primo.qꝛ ordo quē impor-
tat ꝑmū ⁊ non primū pōt accipi vel ẜm diuerſas res vt ſi
dicā ꝙ q̄tū vel q̄titas ineſt ꝑmo ⁊ per ſe figurata ſbā per
q̄titatē vel ẜm diuerſas rōnes eiuſdē rei.vt ſi dicā ꝙ eſſe
figuratū cōuenit corꝑi ꝑmo ⁊ ꝑ ſe.nō aūt hoi vel aīali.ħ ñ
dicit qꝛ corꝑꝰ qđ dicit ſubſtātiā ⁊ aīal ⁊ hō que ſunt in eo-
dē genere dicāt diuerſas res.ſed dicunt diuerſas rōnes
eiuſdē rei q̄n ſunt in eodē.ſed qꝛ vnū eſt cōius altero.idō
illud qđ cōuenit cōiori in ſua cōitate ⁊ generalitate dicit
ſibi cōuenire ꝑmo ⁊ ꝑ ſe.alijs aūt iferioribꝰ cū q̄bꝰ paſſio
ſuꝑioris nō eſt cōuertibilis ꝑ ſe ⁊ nō ꝑmo. Si ergo ac-
cipiat ſbm q̄titatis ꝑmo ⁊ ꝑ ſe nō ꝓ rōne ſuſceptiua ſꝫ ꝓ
ſuppoſito habēte cui cōuenit eſſe illud qđ eſt q̄tū ſic ſub-
iectū ꝑmo ⁊ ꝑ ſe q̄titatis eſt corꝑꝰ qđ eſt ſbā in eo ꝙ tale.
ſi aūt accipiat ſubiectū ꝓ eo qđ eſt rō ſuſceptiua q̄titatis
cui ꝯuenit eē illud quo q̄tū eſt q̄tū ſbiue illud quo vel eſt
mā in oibꝰ vel ẜm quoſdaꝫ in q̄buſdā eſt mā ſicut i hoie
i q̄buſdā illđ ē ſola forma ſic in celo.ſi celū nō hꝫ māꝫ ꝙ tn̄
credo eē falſū.i q̄buſdaꝫ ṽo natura compoſita ex materia
⁊ forma ſicut illa que habent formam eductam de poten-
tia materie ⁊ extenſam extenſione quantitatis. Nec eſt
inconueniens ꝙ aliqua cōis paſſio conſequatur aliquas
naturas diuerſaꝝ rōnū:lꝫ inquantū ꝯſequit eas talis paſ
ſio cōueniāt in aliquo:⁊ q̄nqꝫ illud eſt noiatū: q̄nqꝫ vero
nō vt dicit phs p.ͦ poſterioꝝ. Si ṽo accipiat primū ⁊
nō primū ẜm ordinē diuerſarū partiū realiter differētiuꝫ
ſic dico ꝙ in homine ⁊ credo ꝙ in oibus quātitas ꝯuenit
primo ⁊ per ſe materie vt rōni ſuſceptiue.⁊ q̄n dicit ꝙ nō.
qꝛ tunc ſequeret ꝙ materia ſeparata a forma eſſet quanta
qđ dicūt eſſe falſū ꝯñiam cōcedo:hanc:ſ.ꝙ materia ſi poſ-
ſet eſſe ſine forma ꝙ eſſet quāta. nego autē falſitatē ꝯñtis
ſuppoſita ꝯñia. Ad probationē dico ꝙ in per ſe ordinā
tis:ita ꝙ in omnē euentū ⁊ reſpectu cuiuſcūqꝫ agētis ha-
bent per ſe talem ordinē manēte tali ordine:primū nō po
teſt eſſe ſine ſecūdo:nunc aūt ita eſt ꝙ ẜm illos qui pone
rēt ꝙ deus poſſet facē materiā ſine forma ordo forme ſub
ſtātialis ad accidentalē que eſt quātitas:nō ſequit eaꝫ de
neceſſitate ⁊ actu in cōparatiōe ad primū agēs qđ eſt deꝰ:
ſicut patꝫ in ſacramēto altaris:vbi quātitas eſt ſine forma
ſubſtantiali ⁊ ſine materia ⁊ natura ꝯpoſita. ſꝫ naturaliter
loquēdo de ſubſtātia eſt prior omni accidēte. dato etiā ꝙ
deus nō poſſet facere materiā ſine forma ⁊ ꝙ illud conſe
quēs ſit falſū ⁊ impoſſibile.ſ.ꝙ materia ſit quāta ſine for
ma.tn̄ iſta ꝯñtia vera eſſet ꝙ ſi materia poſſet eſſe ſine for
ma materia poſſet eſſe quāta.quātitas enim pro tāto de-
pendet a forma ſubſtātiali inquātū ratō eius receptiua q̄
eſt materia depēdet a forma ſubſtātiali. que rō receptiua
ſi nō depēdeat a forma ſubſtātiali nec quātitas. Ad no
nū dicendū ꝙ ſubiectū vt ratō ſuſceptiua quarūcūqꝫ di
mēſionū eſt materia.⁊ cū dicit ꝙ nō: qꝛ per materiā res ē
indeterminata. Dicendū ꝙ lꝫ res per materiā ſit inde-
terminata ad diuerſas formas formas ſubſtantiales ⁊ ad
diuerſas quātitates magnam ſcilicꝫ et paruam.tn̄ deter-
minatō ad hoc nō ſit per aliud ſuſceptiuū a materia:ita ꝙ
oporteat ponere formā ſuſceptiuā determinate quātita-
tis.qꝛ illud qđ eſt ſubiectū quātitatis q̄cquid ſit illud ē in
differēs ad magnū ⁊ paruū ſaltē vſqꝫ ad aliquē terminū in
generabilibꝰ ⁊ corruptibilibꝰ. ſꝫ illa determinatio ſit per
efficiens ⁊ finē.qꝛ efficiens in ordine ad finē dat tantā quā-
titatē ⁊ nō maiorē. Ad decimū dicendū ꝙ materia nō ē
quāta vt ſubiectū actu ens:⁊ ſicut illud cui cōuenit eē qđ
eſt quantū:ſed bene eſt quāta ſicut rō receptiua quātitatis
vt quantitas dicit colorata qui tn̄ nō eſt vt qđ ſed quo eſt

Ad vndecimū dicendū ꝙ aīa eſt rō augmēti in viuo et
etiā termini eiꝰ.ſ.quātitatis acquiſite per augmētū nō vt
ſubiectū vel ſubiectiue ſed effectiue: qꝛ ſi anima in viuēti
bus eſſet precisa rō recipiēdi quātitatē:tūc vt videtur ẜm
iſtos ſaltē ſequeret ꝙ nō viuētia nō haberēt quātitatē: qꝛ
ipſi volūt ꝙ illud qđ eſt rō receptiua in aliquo debet eſſe
ratio receptiua in oibus. Ad.12.dicendū ꝙ materia nō
eſt cauſa efficiēs quātitatis nec formalis. nec ſe habet ad
quātitatē vt ſubiectū ens actu.ſꝫ bn̄ eſt cauſa vt ratō rece
ptiua. Et ad illud qđ dicit in cōtrariū dicēdū ꝙ accidens
determinās partē ſibi ex natura rei:ſiue illa pars ſit prin-
cipalior:ſiue nō denoiat totuꝫ: ſicut ſimitas naſi denoiat
totū.⁊ i ſic exn̄s parte.ſ. materia denoiat totū: qꝛ illā pre
determiat ſibi.Dico aūt ex natura rei qꝛ lꝫ in ethiope albe-
do determinet ſibi partē.ſ.dētes:hoc tn̄ nō eſt rōe nature
hūane ſꝫ hoc eſt per accn̄s: inquātū.ſ.in regiōe ſic calida
eſt nutritꝰ. Ad illud qđ dr̄.in ꝯtrariū ꝙ.ſ.quātitas nō
determiet ſibi materiā.qꝛ inuenit in celo in quo nō ē ma
teria:⁊ in formiſ extēſis per accidēs. poſſū rn̄dere dupli
ter.Primo negādo illud qđ aſſumit de celo.ſ. ꝙ in celo
nō ſit materia.⁊ ſimpl'r ꝙ in formis alijs ab hoie inuenia-
tur quātitas vt in rōe ſuſceptiua:qꝛ lꝫ ſint extēſe:nō tn̄ ſe-
quit ꝙ ſint rō ſuſceptiua extēſionis.vel alio modo qꝛ licꝫ
quātitas in alijs ab hoie nō determinet ſibi materiā ſꝫ in
quibuſdā forma ſit rō ſuſceptiua ſicut i celo: in quibuſdā
ṽo natura cōpoſita.in hoie tn̄ determinat ſibi materiā: ⁊
hoc ſufficit ad hoc ꝙ denoiet totū. Ad.13.dicēdū q̄n di
citur ꝙ per illud recipit ſubſtātia accidens:per quod dif-
fert ſubiectum forme ſubſtantialis a ſubiecto forme acci
dētaliſ.Dico ꝙ nō oꝫ accipiēdo illud ꝑ ſicut ꝑ qđ receptiue
aliquid eſt ſubiectū vtriuſqꝫ forme. ſꝫ ſufficit ꝙ ħ ſit ꝑ il-
lud ꝑ ꝙ aliquo mō dr̄ ſubiectuꝫ vnius forme a ſubiecto
alterius.ſ.effectiue vel finaliter vel qualitercūqꝫ differt
ſubiectum vnius a ſubiecto alterius.modo dico ꝙ ſub-

iectuʒ quantitatis accipiendo ſubiectū illudq̄ꝺ eſt habēs
eſt compoſitum ex materia ⁊ forma ſubſtantiali. quia tale
ſolum eſt illud quod eſt. licʒ illud quo ſuſceptiue ſit ſola
materia. Accipiendo autem ſubiectum illud quo ſuſce-
ptiue aliquid ineſt. Dico ꝙ materia abſolute eſt illud ꝙ
eſt ſubiectum forme ſubſtātialiſ. mā aūt vt iā ordie natuꝰ
pexīs ps talis cōpoſiti eſt rō ſuſceptiua quātitatis. q: p̄-
us ordine nature eſt mām eſſe ptē talis cōpoſiti ex mā ⁊
forma ſubſtātiali q̄m ipam recipe qd̄cūqʒ accn̄s. ſʒ ɔ̄ h̄ ob
ijcit̄ q: eſſe ptē aut dicit aliq̄d diuerſuʒ ab eēntia māe. aut
nō. ſi non. ergo cū ſubiectū accn̄tis nō differat a ſubiecto
forme ſubſtātial' niſi p eē ptē. ſeq̄t ꝙ ſubiectū forme ſbaliſ
⁊ accn̄talis non differūt re. ſʒ tm̄ rōne. ſed dr̄ia rōnis ni-
hil facit ad eſſe reale. ergo ⁊c̄. ſi ſic. quero vtꝝ illud ſit rela
tio vel aliquid abſolutū. nō relatio q: relatio nō eſt rō re-
ceptiua q̄titat̄. ſi abſolutū. aut mā aut forma nō q: tunc
eēt ibi mā ſup mām. ſi forma aut ſbalis. aut accn̄talis. nō
accn̄talis. q: nulla forma accn̄talis p̄cedit q̄titatē in ſub-
iecto. relinq̄tur. ergo ꝙ forma ſbalis ē rō ſuſceptiua q̄ti-
tatis. Ad h̄ dico ꝙ eſſe ptē nō importat aliq̄d diuerſuʒ
ab eēntia materie. ꝙ ſit rō receptiua q̄titatis tn̄ importat
aliq̄d diuerſū abʒ eſſe materie a quo dependet mā in eſſe
in reꝝ natura. ſ. formā ſbalē que vna cū mā ɔſtituit ɔpoſi
tū. ⁊ qn̄ dicit̄ ꝙ dr̄ia rōnis nihil facit ad eſſe reale. dico ꝙ
veꝝ eſt. nec h̄ eſt dr̄ia rōnis ſed eſt dr̄ia rei. ſubiectū enim
forme ſbalis nō requirit ſecū aliq̄d re differēs ab eo ad h̄
ꝙ ſit ſubiectū ſiue ſuſceptiuum forme ſbalis. ſʒ ad h̄ ꝙ ſit
ſubiectū ſiue rō ſuſceptiua forme accn̄talis que eſt quāti-
tas requirit ſecuʒ formā ſbalē non q̄dē vt illud ꝙ ſit rō ſu
ſceptiua cū ea. ſed vt illud a quo depēdet ⁊ ſine quo nō p̄t
eē nec recipe q̄titatē. ⁊ ordo iſte quo mā p̄ſupponit̄ vt ps
ɔpoſiti an̄ recipe q̄titatē nō eſt ordo eiuſdē ad ſeip̄m ſm̄
rem. ſed eſt diuerſaꝝ depēdētiaꝝ q̄ꝝ vna p̄cedit alterā or-
dine nature. nā p̄us oportet terminari depēdētiā q̄ habʒ
mā ad formā ſbalem in eēndo. q̄ terminet̄ depēdētia acci
dētis ꝙ recipit̄ in materia. Ad. 14. dicēdū dupl'r. p̄mo
ꝙ in oibus rō ſuſceptiua q̄titatis eſt mā ſola nec ꝓbant
oppoſitū efficaciter ⁊ qn̄ dicūt ꝙ ɔmētator henricꝰ ⁊ goꝺ
dicūt ꝙ in celo nō eſt materia. ⁊ ego dico ꝙ ipſi nō habēt
rōnes que cōicant q̄s viderim vſqʒ mō. Alio mō poſ-
ſum dicere. ꝙ dato ꝙ in celo non ſit materia. ſed rō rece-
ptiua ſit forma ⁊ i alijs iferiorībꝰ ab hoīe nā ɔpoſita nō tn̄
ſeq̄t̄ q̄n i hoīe rō receptiua ſit mā. Et cū dr̄ ꝙ effectꝰ cōis
dʒ hr̄e cāʒ cōeʒ dico ꝙ ſm̄ ē ꝙ dʒ hr̄e cām cōem. ſʒ n̄ eiuſ
dē rōis i ſpāli in oibꝰ ⁊ h̄ ncāriū eſt i ꝓpoſito. ſi ratio ſuſce
ptiua .m. celo ſint ſola forma ⁊ i iferiorībꝰ alijs ab homie
natura cōpoſita. q: illa nō ſūt eiuſdē rōnis in ſpāli. ſʒ ſuf-
ficit ꝙ cōueniāt in aliquo cōi analogo in hn̄do ſilem pro
portiōem ad habēdū ptes q̄titatiuas vel aliq̄d tale. Ad
15. dō p̄mo ꝙ lʒ alie forme ſubſtantiales ab aīa rōnali ſint
quāte p accn̄s non tn̄ ſūt rō receptiua q̄titatis vt dictum
eſt. Alio mō dō ꝙ dato ꝙ in hoīe rō receptiua q̄titatiſ
ſit materia in alijs ab hoīe natura cōpoſita: tn̄ non ſeq̄tur
aliq̄ꝺ incōueniēs ꝓpter h̄. illa. n. que ſūt diuerſaꝝ rōnuʒ
in ſpāli dūmō cōueniāt in aliquo cōi analogo p̄nt eſſe cā
vel ſubiectū alicuiꝰ cōis paſſiōis. Ad. 16. dō ꝙ pati acci
piēdo pati ꝓ recipere niſi cōuenit cōpoſito p formā ſed p
ſolā mām loquēdo de receptiōe forme ſubſtātialiſ ⁊ qn̄ di
cūt ꝙ imo: q: abiectio vniꝰ eſt cā introductiōis alteriꝰ. h̄
nihil eſt. q: h̄ non eſt ponere vnā formā eſſe cām introdu
ctiōis alteriꝰ. ſed magis eſt ponere p̄uatiōem ſeu abn̄tiā
vniꝰ forme eſſe cām ſine qua nō introductiōis alterius.
que abn̄tia eſt cā vt remotio ꝓhibētis. ⁊ ſimiliter p ſolam
mām ſicut p rōnē receptiuā cōuenit hōi eē q̄tū. defatiga
ri aūt ⁊ de alijs ſilibus non eſt ſimile ⁊ de quātitate. quia
iſta denoīant illa que nō informāt̄ p ipſa. q̄titas aūt non
denoīat aliq̄d vt extenſum niſi ꝙ informat vel vt totum
rōne ptis vel vt ps. ⁊ iō aīma rōnalis nō eſt extenſa vt ps
recipiens extenſionem. nec vt totuʒ. quia anima nō ſup
ponit pro toto. ſed bene animatum eſt iſto modo exten-
ſum. etiam fatigari proprie non conuenit anime loquen
do ſaltem de fatigatiōe corpali ſicut nec ambulare ridicu
lum enim eſſet dicere ꝙ anima ambularet. Ad. 17. di-
cendum. ꝙ vniformiter cōuenit hoi ⁊ bruto eſſe q̄tū. quā

tū ad illud ꝙ formalit̄ iportat q̄tū. q: q̄titas eiuſdē rōnis
eſt vtriuſqʒ. q̄tuʒ ad id qd̄ eſt ratio receptiua quantitatis
poſſet adhuc cōcedi ꝙ vniformit̄ ɔuenit vtrobiqʒ. nec tn̄
ſequit̄ ꝙ forma vniꝰ ſit extēſa ſic forma alteriꝰ. nā ꝙ for-
ma bruti ſit extēſa pōt cōtingere nō ex hoc ꝙ ipſa ſit rō re
ceptiua quātitatis: ſʒ q: eſt forma depēdēs ⁊ educta de po
tētia materie. ⁊ iō ſequit̄ cōditionē materie in hoc qd̄ ē ex-
tēdi Scdō etiā pōt dici ꝙ dato ꝙ nō eſſet eadē rō rece-
ptiua vtrobiqʒ: nō tn̄ ſequit̄ quin quātitas ſit eiuſdē rōiſ
vtrobiqʒ quantū ad illud qd̄ formalit̄ importat quātitas
⁊ per ɔn̄s vniformit̄ cōuenit eis moueri localiter. q: aliq̄
vna paſſio cōis pōt ɔſequi aliqd̄ genus entiū ſub quo cō-
tinētur diuerſe ſpēs q̄ nūq̄ cōueniūt in aliquo vno ſpeci
fico ſʒ analogo. ⁊ ſm̄ illud cōe analogū habēt illā paſſiōeʒ
cōem vt dictū eſt. Et ſi dicat̄ ꝙ nō: q: tal' paſſio ineſt me
diāte aliquo accidēte ſpecifico. Cōtra: q: de illo accidente
q̄rit̄ vtrū inſit imediate diuerſis ſpēbus. aut med āte alio
accidēte. Si primo mō habet̄ ꝓpoſitū. ſ. ꝙ vnū ⁊ idē acci-
dēs ⁊ vna ⁊ eadē paſſio pōt cōſequi diuerſas ſpēs. Si ſe-
cūdo mō ibit̄ in infinitū. q: de illo accidēte queret̄ ſic pꝛiꝰ
⁊ ſic in infinitū. Ad. 18. dicēdū ꝙ ſoli quāto ɔuenit mo-
ueri per ſe. ſʒ ad hoc ꝙ aliq̄d moueat̄ per accidēs nō opor
tet ꝙ ſit quātū nec per ſe nec per accidēs ſicut pʒ de pūcto
ſʒ ſufficit ꝙ ſit aliq̄d quanti. ſic eſt de aīa rōnali. Ad. 19.
dicēdū ꝙ lʒ cui cōuenit an̄s cōuenit ɔn̄s: nō tn̄ ſequit̄ ꝙ
illud qd̄ eſt cauſa preciſa an̄tis ſit cauſa preciſa ɔn̄tis. quia
cū ɔn̄s in plus ſe habeat q̄ an̄s: oportet ꝙ cauſa p̄ciſa cō-
ſequētis ſit illud ꝙ in plus ſe habet q̄ illud ꝙ eſt cauſa p̄-
ciſa an̄tis. ⁊ ideo ſi ita eſſet vt ipi imponūt mihi ꝙ in hoīe
materia eſſet preciſa cā quātitatis. nō tn̄ ſequeret̄ ꝙ eſſet
preciſa cā quātitatis in oibus. Sciendū etiā ꝙ illud ꝙ
eſt preciſa cā an̄tis eſt cauſa ɔn̄tis abſolute accepti. vnde ⁊
materia ſi in hoīe eſt cauſa quātitatis humane: eſt etiā cā
quātitatis abſolute loquēdo. ſʒ nō oportet ꝙ illud qd̄ eſt
cauſa an̄tis ſit cauſa ɔn̄tis vl'iter ⁊ in ſua vl'itate accepti. ⁊
hoc eſt neceſſariū de omni paſſiōe ɔn̄te diuerſas ſpēs: ꝙ
nō oportet ꝙ illud qd̄ eſt cauſa illius paſſionis in vna ſpe
cie: ſit cā eiuſdē in quocūqʒ vl'iter. Ad. 20. dicēdum ꝙ
corpꝰ qd̄ eſt ſubſtātia ens actu eſt ſubiectū trine dimēſio-
nis mō quo ſubiectū accn̄tis dicit̄ ens actu. ſʒ accipiēdo
ſubiectū pro rōe receptiua nō oportʒ. vnde notādū ꝙ iſta
ratio ꝓcedit ex duplici deceptiōe. q: ibi ſunt due fallacie
cōſequētis. nā qn̄ dicit̄ quātitas cōſequit̄ ſubſtātiā cōpo-
ſitā. ergo rōe forme eſt fallacia ɔn̄tis ꝓcedēdo a pluribus
cauſis veritatis ad vnā. nam quātitas ɔn̄s ſubſtātiā ɔpo
ſitā poteſt cā ſequi vel rōe forme vel rōe materie: vel rōe
vtriuſqʒ. Silr̄iter ſi dicat̄ ſic: quātitas cōſequit̄ ſubſtātiā
cōpoſitā rōe forme. ergo forma eſt rō receptiā eius: nō ſe
quit̄: imo procedit a pluribꝰ cauſis v̄itatis ad vnā. nā for
ma pōt dici cauſa accn̄tis in ſubiecto effectiua vel finalis
vel ſubiectiua: ⁊ hoc ipſimet dicūt. ſ. ꝙ quātitas in vnoq̄-
qʒ: ⁊ etiā figura que cōſequit̄ ipſam eſt ꝓpter operatiōes
forme vt. ſ. ɔueniāt operationibꝰ forme. Ad. 21. dicen
dū ꝙ reſpcū accidētis vel cuiuſcūqʒ forme duplex eſt ma
teria. ſ. trāſiēs ⁊ manēs. manēs ſicut lignū eſt materia ſcā-
pni. trāſiens ſicut farina ⁊ aqua eſt materia panis. mō qn̄
dicit̄ aliq̄d eſſe in potētia remota intelligit̄ dē potētie ma
terie trāſeuntis. nam loquēdo de potētia materie manēt̄
cū effectu nūq̄ talis potētia eſt remota ſʒ ſe: ſʒ ſolū h̄ acci
dit ꝓut talis potētia accipit̄ vt ɔiuncta actui oppoſito ipi
effectui. ſicut ſi dicerē ſemē arboris eſt in potētia remota
⁊ ad formā ſcāpni vel ſemen herbe vel plante cuiuſqʒ ad
formā bouis vel aſini. modo materia nō dicit potētiaʒ re
motā ſicut ad quātitatē: quia materia ſm̄ illud qd̄ eſt: nō
habet reſpectu quātitatis rationē materie tranſeūtis ſed
permanētis. Si dicat̄ quādoqʒ in materia remanere
potētia remota: hoc eſt inquantū vnū ineſt mediāte in al
tero quodā ordine. vt ſi dicat̄ ꝙ mediāte quātitate ineſt ſi
gura ⁊ mediāte figura ineſt ſic vel ſic moueri. ⁊ ſic dicē ma
teriā eſſe in potētia remota ad quantitatē: eſt dicere ma-
teriā recipere quantitatē mediāte alio receptiuo. ſ. forma
⁊ hoc eſt petere principiū: q: hoc eſt qd̄ querit̄. Sciēdū
tn̄ ꝙ forma ſubſtātialis dr̄ per p̄us perficē materiā quam
qd̄cūqʒ accidēs nō ſʒ ordinē ſuſceptibilitat̄ ita ꝙ forma

ſit rō materie recipiēdi qōcūqꝫ accñs. ſꝫ ſm ordinē depen dentie. q꞉ cū materia dependeat a forma ſbali p prius re ſpicit eā ꝙ qōcūqꝫ accñs a quo ita nō depēdet. Ad .22. dicēdū ꝙ vt dictū eſt materia eſt in mediata receptiuum vtriuſqꝫ ꝙtū ad h ꝙ nō eſt alia rō mediata receptiua. ſed qōdā ordine dependentie vt dictū eſt. Ad .23. dō ꝙ ad h ꝙ aliqd diffiniat p alteꝝ nō oportet ꝙ ſit magis notum eo ꝙ diffinit p ipm ꝙtū ad q꞉ eſt. ſed ſufficit ꝙ ſit pus no tū illo ꝙtū ad ꝙ qd eſt. ⁊ h loquēdo de diffinitiōe ꝓpria q dicit ꝓpter qd que eſt a pori ⁊ p cām. mō dico ꝙ lꝫ mā nō ſit pus nota cōpoſito vel alijs exñtib⁹ in ipo. ē tñ pus nō q̄m ſit nō cauſa pciſa quantitatis in cōpoſito. Ad .24. dicēdū ꝙ entitas ſubiecta quātitati eſt entitas compoſiti ſꝫ tñ rōne ptiſ que eſt mā. ſed illud qō eſt entitas ſubiecta ⁊ quātitati vt rō receptiua eſt ipſa mā. ⁊ qñ dicūt ꝙ non q꞉ ſm me materia nō eſt ſubiectū. dico ꝙ imo mā eſt ſubie ctū vt rō receptiua lꝫ nō vt ſuppoſitū hñs. Ad .25. dō. ꝙ homo experit ſe habere carneſ ⁊ oſſa quāta. ſꝫ ꝙ h inſit carni ⁊ oſſi rōne vtriuſqꝫ ptis ſubſtātialis nō expit. ſꝫ rō ne h inueſtigam⁹ ſm cōditiōem forme ⁊ materie ex qbuſ res ꝯponit ⁊ ſic nos intelligere expimur. ſed rōne cuius i eſt nobis p rōnē attingimus.

Ad ſcōꝫ ſic ꝓcedit ⁊ arguit ꝙ nūer⁹ ñ ſit forma abſoluta q꞉ illō qō dic formā abſolutā nō aduēit alicui pter ſui mutatiōem. ſꝫ nūer⁹ aduenit ali cui pter ſui mutatiōem. ergo ⁊c. ꝓbatio mino ris ponat ꝙ ſint tres hoīes ⁊ poſtea ꝙ deus de nouo cre et q̄rtū q̄ternarius aduenit iſtis iſto d nouo creato ſine eoꝝ mutatione. ergo ⁊c. Cōtra q꞉ ꝙ ptinet ad pdicamē tū abſolutū dic formā abſolutā. ſꝫ nūer⁹ ē hui⁹mōi. q꞉ p tinet ad pdicamētū quātitatis. ergo ⁊c. Rñ. ad euiden tiā iſti⁹ queſtionis tria ſūt faciēda. pmū eſt videre vtꝝ nu mer⁹ addat aliquid ſup quātitatē cōtinuā re diuerſuꝫ ab ea. ſcōm eſt videre q̄lē vnitatē hꝫ nūer⁹. tertiū ad ꝓpoſitū

Quātū ad primū ſciendū ꝙ null⁹ dubitat quin nūer⁹ hēat eſſe reale: q꞉ circūſcripta oī opatiōe intellectus inue niūtur in reꝝ nā tria vel q̄tuor corpa ⁊ ſic ꝯñter. ſꝫ ꝙtū ad h tota dubitatio eſt vtꝝ nūer⁹ dicat aliam rem a quātita te cōtinua. Et h ſūt duo faciēda. pmū eſt oñdere ꝙ nūe rus dicat aliquā entitatē realiter differētē a quātitate cō tinua. ſcōm eſt quid addit quātitas diſcreta ſupra ꝯtinuā

Primū oñdo duplici rōne. pmo ſic. q꞉ ille due quātita tes differūt realiter in quaꝝ vna inuenitur plus realiter ſine h ꝙ inueniat plus realiter in altera. ſed quātitas con tinua ⁊ diſcreta ſūt huiuſmōi. ergo ⁊c. mior ꝓbatur. q꞉ di uiſa quātitate ꝯtinua in plures ptes non eſt ibi plus quā tum ad rōneꝫ quātitatis cōtinue q̄m ante. quia omneſ il le ptes non conſtituūt aliquid longius q̄m ante. ſed ibi ē plus ſm rōnem quātitatis diſcrete q꞉ ibi ſūt plures q̄m ante. ita ꝙ ſic formatur ratio. plus vel minus ſecundum quantitatē continuā attenditur ſm longius ⁊ laci⁹ vel ꝓ fundius plus vero ⁊ minus ſm quātitatē diſcretā ſꝫ plu ra ⁊ pauciora. ſed cōuenit haberi plura diuiſo cōtinuo ꝙ ante. non autem habere latius vel profundius ergo ⁊c.

Sed ad hoc poſſet dici ꝙ habere plura vel pauciora di uiſa quantitate continua non eſt habere aliquid diuerſū a quātitate continua ſed eſt habere in diuiſa quantitatis continue. ſed hoc non valet. quia partes ſubiectiue quā titatis continue ſunt partes integrales quātitatis diſcre te. ⁊ ideo diuiſo continuo non ſolummodo ſunt plura in diuidua quantitatis continue ⁊ pluref partes ſubiectiue reſpcu toti⁹ vniuerſalis. ſed etiā eſt ibi maius totū integ le diſcretum habens plures partes q̄m ante. vnde manē te equali longitudine ſit maior numerus diuiſione facta lꝫ nō ſiat maior lōgitudo. ita ꝙ inuenit maioritas in vno illoꝝ totoꝝ nō exñte maioritate i alio. 2°. ſic q꞉ ille due quātitates quaꝝ vna habet ptes aliter realiter ꝙ alia dif ferūt realiter ſꝫ quātitas cōtinua ⁊ diſcreta ſūt hui⁹mōi. q꞉ vna eaꝝ hꝫ ptes ad inuicē diuiſas. alia āt idiuiſas rea liter. g°. ⁊c. Quātū ad ſcōꝫ pmo vidēdū eſt qd addat cōti nuū ſup vnū ꝙ ꝯuertit cū ente. 2°. qd addit vnū qō ē pnci piū nūeri ſup ꝯtinuū. 3°. qd addit nūer⁹ ſup vnitates. 4°. quid addit totum diſcretum ſuper totū continuum ſiue quomodo differt vnum ab alio. Quantum ad primuꝫ ſciendū ꝙ cōtinuū ⁊ vnū qō cōuertit cū ente: ſe hñt ſicut ſuperi⁹ ⁊ inferi⁹ ſaltē ſic ſuperi⁹ analogū. nam vnū qō cō uertit cū ente dic in diuiſionē in q̄cūqꝫ entitate. ꝯtinuū aūt dicit in diuiſionē in determinata entitate. in hoc etiā videt differre ab vnō qō conuertit cū ente ſm illō qō no mē pma facie videt importare. nam vnū qō cōuertit cum ente accipit priuatiue. ſ. pro priuatiōe diuiſiōis. cōtinuū vo dicit q̄ſi poſitiue ſic ⁊ cōpoſitū ſm rem: cū cōtinuū et cōpoſitū dicāt indiuiſionē partiū ꝯpoſitaꝝ vel cōtinuaꝝ. Unū vo qō eſt principiū nūeri addit ſupra ꝯtinuū abſo lute acceptū eſſe aliquotā partē toti⁹ diſcreti. nam eſſe cō tinuū abſolute acceptū nō importat aliquotā partē toti⁹ diſcreti. ſꝫ importat habere tales plēs partes idiuiſas ad inuicē. vnū vo qō eſt principiū nūeri importat vt dictū ē: eſſe aliquotā partē toti⁹ diſcreti. Qō pꝫ q꞉ illud qō reſpō det ad queſtionē factā per quotū dicit aliquotū. ſed qñ q̄ rit quot ſunt: reſpondet vn⁹ vel duo: ⁊ cōſtat ꝙ ibi reſpō det vnū qō eſt principiū numeri. ergo vnū qō eſt principi um nūeri dicit aliquotū pertinēs ad quantitatē diſcretā. ſꝫ nō dicit aliquotū qō eſt totū diſcretū: ergo dicit aliquo tā partē toti⁹ diſcreti. Et qbuſdā videt ꝙ quātitas diſcre ta ꝓprie dicta inuenit in oēbus. ⁊ per ꝯñs vnū qō eſt prin cipiū nūeri inuenit in oīb⁹. ita ꝙ ſm hoc vnū qō eſt prin cipiū nūeri ſupra vnū qō cōuertit cū ente in quocūqꝫ ge nere nō addit niſi eſſe aliquotā parteꝫ toti⁹ diſcreti. et ſic qñ dicit vn⁹ angul⁹ ꝓut vnū pertinet ad quātitatē diſcre tā. vnū dicit iſtū angulū eſſe partē aliquotā toti⁹ multitu dinis anguloꝝ. vnū vo qō dicit cōiter cōuerti cū ente nō dicit niſi indiuiſionē entis cui attribuit. Dixi aūt ꝙ cōi ter dicit cōuerti cū ente. q꞉ ſm opinionē que dicit quāti tatē diſcretā inueniri in omni ente: vtrūqꝫ vnū dicit con uerti cū ente. accipiēdo aūt vnū ſm cōiorē opinionē vnū qō eſt principiū nūeri differt duplicit ab vno qō cōuertit cū omni ente. Primo q꞉ vnū qō cōuertit cū ente inueni tur in oīi ente. vnū vo qō eſt pncipiū nūeri in determi nato ente. ſ. in cōtinuo: ex cui⁹ indiuiſiōe dicit creari. 2°. differt in h ꝙ vnū qō cōuertit cū ente videt importare abſolutā indiuiſionē. vnū vo qō eſt principiū nūeri vide tur importare partē aliquotā toti⁹ diſcreti vt dictū eſt. Quantū aūt ad tertiū. ſ. quid addit nūerus ſup vnitates. dico ꝙ nihil aliud addit ſup eas niſi qō addit totū ſup ſu as partes integrales. quid aūt addat totū ſup ſuas parteſ integrales patebit qñ queret vtrū ſi ſola materia ⁊ anima rōnalis eſſent partes integrales homīs poſſet homo cor rūpi. Quantū ad quartū dico ꝙ totū diſcretū addit ſu pra totū cōtinuū habere partes diuiſas. ⁊ per hoc realiter differt ab illo. Sꝫ cōtra hoc obiicit tripliciter. Primo ſic. q꞉ ſicut in alijs reb⁹ multitudo ſe habꝫ ad vnūquodqꝫ illoꝝ multoꝝ: ita multitudo quātitatis cōtinue ad quāti tatē cōtinuā: ſꝫ in alijs multitudo nō facit ſpeciē diuerſaꝫ ab vnoquoqꝫ illoꝝ multoꝝ. ergo ⁊c. Scdō q꞉ nihil rea le replicat ſup ſeipꝫ. ſꝫ numer⁹ replicat ſupra ſeipm. ergo numer⁹ nō dicit aliqd reale diuerſum realiter a cōtinuo. maior ſupponit. minor etiā faciliter probat. q꞉ dicim⁹ du os binarios ⁊ tres ternarios ⁊c. Tertio ſic. q꞉ ſi nūeruſ diceret aliqd realiter diuerſū a partib⁹ nūeratis ſequeret ꝙ nūeri ꝓcederēt in infinitū datis etiā ſolū duob⁹ conti nuis. ſed hoc eſt falſū: ergo ⁊c. ꝓbatio ꝯñie. q꞉ datis duo b⁹ cōtinuis vnū illorū eſſet vna res ⁊ aliud alia. et preter iſta ſꝫ te binari⁹ ē res tertia. ⁊ eadē ratiōe qua binarietas iſtoꝝ duorū eſt alia res differens ab iſtis duob⁹ eadē rōe ternarietas eſt quedā res differēs ab iſtis et a binarietate eoꝝ. ⁊ ſicut ternarietas eſt quedā res. ita quaternitas eſt quedā res. 5. ⁊ ſic in infinitū. Ad primū iſtoꝝ dicēdū ꝙ ſm illos qui ponūt quantitatē diſcretā inueniri in omi bus. minor eſt falſa. q꞉ ſm illos multitudo in omnib⁹ en tibus dicit quoddā totū diſcretū diuerſuꝫ ab vnoquoqꝫ illoꝝ. ⁊ ſm eos vnūquodqꝫ eoꝝ ſm ſuā naturā abſolute acceptā eſt in diuerſis generib⁹: puta homo i genere ſub ſtantie: ⁊ albedo in genere qualitatis. ſed illud per quod cōuenit vnicuiqꝫ eſſe aliquotā partē diſcreti pertinet ad genus quātitatis. Suſtinēdo autē cōmuniorē opinio nē dicendū ꝙ in alijs a quātitate cōtinua multitudo ncn facit diſtinctā ſpēm ab vnoqꝫ illoꝝ multoꝝ vel diſtinctaſ

totalitatē ſpē a totalitate ꝑfectōis eoꝝ.q: in ipſis nō inue
nitur maioꝛitas in multitudine q̄n ſit maioꝛitas in ꝑfecti
one vel intenſiue vl' extenſiue. vbi gr̄a ſi ꝓcedat in ſpēbꝰ
ſicut eſt ibi dare plura ita etiā ibi eſt dare plꝰ in ꝑfectione
ſup in idiuiduis ⁊ in diſibilibꝰ. vbi gr̄a. plꝰ eſt de ꝑfectiōe
in plībꝰ intellectiōibꝰ quā in vna ſaltē extēſiue. nō ſic aut
eſt de q̄titate ꝯtinua ⁊ diſcreta. nam pn̄t eē plura diſcreta
q̄titatꝭ diſcrete abſq; h̄ qd̄ ſit maioꝛ ꝑfectio vl' maioꝛ lōgi
tudo vt dictuꝫ eſt ꝑus. Ad ſc̄m dō. ꝙ nihil replicat ſup
ſeipm̄ replicatiōe reali. ſꝫ bn̄ pōt replicatione ſc̄m ꝯceptū
mētis. Et ad id ꝙ ꝯ h̄ dr̄ ꝙ q̄tuoꝛ pn̄t diuidi in duos bina
rios vel cōem in tria trinaria ⁊c. dico ꝙ q̄tuoꝛ nō pn̄t rea
liter diuidi in duos binarios differētes realit' a q̄tuoꝛ vni
tatibꝰ ⁊ dicētes alia tota in actu a toto q̄ternario iō repli
catio illa qn̄ dr̄ ꝙ cōem diuidūt in tres trinarios. vel qn̄
dr̄ tres trinarios. i. trinarioꝝ trinitas nō dicit aliud re a
nouenario ⁊ ſic de aliis. Ad tertiū dō ꝙ ſi ralitas totiꝰ
cēt qd̄dā diſtinctū vt q̄dā tertia ꝑs a realitate ꝑtiū aliaruꝫ
iret i infinitū ꝯpoſitio ex diuerſis realitatibꝰ totiꝰ ⁊ ꝑtiū
vn̄ ſicut ph̄s docet. 7. methaphiſice: ſicut totū ꝯponit' ex
mā ⁊ foꝛma ita ꝯponeret' ex iſtis ꝑtibꝰ ⁊ ip̄a tōlitate qd̄dā
alteꝝ totū ⁊ ita ſequeret' de illo altero toto cōponeret' ex
q̄dā tōlitate ⁊ aliis ꝑtibꝰ ⁊ ſic iret in infinitū. ⁊ iō realitas
totius nō ſe hꝫ ad realitatē ꝑtiū ſicut includens aliq̄d ex q̄
ſit ꝑter ꝑtes. ſꝫ ſicut includēs vtrāq; illaꝝ differt a q̄libet
eaꝝ. ⁊ iō t'narietas dicit rē diuerſā a q̄libet vnitate. nō tn̄
cōnūeralē cū illis ſicut ꝑs nūeri cū ꝑte. ⁊ iō ralitas illa cū
ralitate ꝑtiū. ſ. triū vniuocū nō facit q̄ternariū. ſicut nec
realitas totiꝰ ꝯpoſiti ex mā ⁊ foꝛma dic̄ realitatē ꝑter ma
teriā ⁊ foꝛmā ex q̄ ꝯponet' aliud totū diuerſū a ꝯpoſito ex
mā ⁊ foꝛma. vn̄ nō opoꝛtet ꝓcedere in ifinitū in talibus.

Quātū ad ſc̄m ꝑncipale. ſ. q̄tū ad vnitateꝫ nūeri. dicūt
q̄dā ꝙ nullā vnitatē hꝫ ⁊ h̄ ꝓbāt q̄drupl'r pᵒ ſic. q: ſimpl'r
plura nō ſūt vnū. ſꝫ nūerus dicit ſimpl'r plura. ergo ⁊c. ꝓ
batio minoꝛis. q: plura nūero ſūt plura ſimpl'r ſꝫ nūerus
eſt plura nūero. ergo ⁊c. 2ᵒ q: ponere vnū accidēs in di
uerſis ſubiectis quoꝝ vnū eſt vltra mare ⁊ aliud citra eſt
incōueniēs. ſed ſi nūerus diceret ſimpl'r vnitatē h̄ ꝯtigēt
q: binarius q̄ ſc̄m te eſt vnū accn̄s poſſet eē in duobus q̄
rū vnꝰ eſt vltra mare ⁊ alius citra. ergo ⁊c. Tertio quia
vnitates non ſunt vnū nūero q̄m ſi nō eēnt in nūero. ſꝫ
ſi nūerus diceret vnū nūero ſimpl'r maioꝛē vnitatē hērēt
vnitates exn̄tes in nūero q̄m ſi nō eēnt in nūero ergo ⁊c.
minoꝛ patet q: illud totū in quo ꝑtes nō habēt maioꝛem
vnitatē q̄m ſi nō eēnt i toto nō habēt vnitatē ſimpl'r ma.
etiā patet. q: ſi accipiant' . 4. hoīes nō habēt maioꝛē vnita
tē vt ſūt ꝑtes q̄ternarii. q̄ ſi acciperet' q̄libet ꝑ ſe. 4ᵒ ſic
q: vnū accidēs numero eſt in vno ſubiecto nūero. ſꝫ ſub
iectū ſenarii ſūt ſex nūero. ergo vnū nūero erit. 6. nūero
vel ſaltē ſequit' ꝙ vnū accidens nūero erit in ſex ſbis nūe
ro. Et ſi dicat' ad h̄ ꝙ nūerus nō eſt vnū nūero. ꝯ. quia
ꝙ nō habꝫ vnitatē irealē nō eſt vnū numero. vnū eni ſc̄m
genꝰ vel ſpēm eſt vnū ſc̄m rōnē tantū. ſed ſc̄m te. numerꝰ
non eſt vnū numero. ergo numerꝰ nō hꝫ aliquā vnitateꝫ
realē. Sed h̄ ſtare nō pōt ꝑꝑ duo. q: ꝙ nullā vnitatē rea
lē hꝫ nullā entitatē hꝫ. ens eni ⁊ vnū cōuertūtur. ſed nūe
rus habet entitatem realem vt dictum eſt. ergo ⁊c. 2ᵒ
quia ſc̄m ph̄m. 6ᵒ methaphiſice ſenarius nō eſt bis tria ſꝫ
ſemel ſex. ſed ſemel impoꝛtat vnitatē eiuſ cui addit'. ergo
nūerus dicit aliq̄d vnū ſimpliciter. 3ᵒ ſic. q: accepto aliq̄
vno nūero ſignificato puta ſenario. q̄ro vtrū ſit vnꝰ ſena
rius nūero vel nō. ſi ſic. ergo in h̄ ſenario eſt aliquid vnū
numero. ſed qd̄ eſt vnū numero eſt vnū ſimpliciter. ergo
⁊c. Si nō. ergo h̄ ſenarius eſt plures ſenarii ſꝫ plures ſe
narii cōꝑhendūt ad minus. xii. vnitates. ſed h̄ eſt impoſ
ſibile. ergo ⁊c. Sed cōtra h̄ poſſet obiici. q: qd̄ eſt vnū nu
mero eſt ꝑs numeri. ſed ſc̄m te h̄ ſenarius eſt vnū nūero
ergo h̄ ſenarꝰ eſt ꝑs numeri. ſꝫ ꝑs nūeri nō eſt nūerꝰ. er
go ⁊c. Si dicat' ad hoc ꝙ ſenarius non eſt pars numeri
qui eſt ſenarius. ſed eſt ꝑs numeri maioꝛis puta duo de
narii. contra. q: ſequit' ſc̄m h̄ ꝙ vnus duodenarius diui
deretur in duos ſenarios. ⁊ in tres trinarios ⁊ ſic nume
rus replicabit' ſup ſeipm̄ qd̄ eſt cōtra ꝑmiſſa. Ad h̄ di
cēdū ꝙ ſc̄m rem loquēdo vnuꝫ numero qd̄ eſt ꝑs numeri
non eſt numerus vnus numero. ſed eſt continuū vnum
numero vel vnum numero tale quod eſt in diuiſibile. in
plura numero pꝛout eſt vnū numero qd̄ eſt ꝑs nūeri. qd̄
iō dico q: qd̄ eſt vnū numero puta vnū lignū qd̄ eſt pars
numeri poſſꝫ diuidi in duo ligna. ſꝫ facta diſiōe iā nō erit
vnū lignū nūero qd̄ ē ꝑs nūeri realr̄. ⁊ idē ēt ſequit' ſi pona
tur ꝙ numerꝰ ⁊ vnū qd̄ ē ꝑncipiū nūeri ſit i aliis rebꝰ a cō
tinuo. q: vnū qd̄ ē ꝑs nūeri in q̄cūq; h̄ ſit nō ē aliq̄s nūerꝰ
ſꝫ eſt aliq̄d indiuiſibile oīno in ꝑtes vnitates puta vnꝰ an
gulꝰ vl' vna albedo. vnꝰ aūt nūerꝰ nō eſt vnū nūero qd̄ ē
ꝑs nūeri ſc̄m rē. lꝫ hō ſc̄m ꝯceptū poſſit diuidē vnū nūero
in tres vel q̄ttuoꝛ nūeros ſꝫ qd̄ ſibi placꝫ: puta duodena
riū in tres q̄ternarios ⁊ in q̄ttuoꝛ t'narios. Ad pꝛimuꝫ
gᵒ qd̄ inducit' ab aliis: dō ꝙ ꝑtes nūeri ſunt ſimpl'r diuer
ſe ꝑ oppoſitū ad vnitatē ꝯtinui: q: ſunt ſimpl'r diuerſa ꝯti
nua. ſꝫ cū h̄ ſtat ꝙ iſta diuerſa ꝯſtituūt vnū totū diſcretuꝫ
ſimpl'r. vn̄ iſta duo ſtāt ſil'. plr̄a ꝯtinua ſimpl'r ⁊ vnū diſcre
tū ſimpl'r ꝯſtitutū ex his. ſic̄ ⁊ vnitas domꝰ ſimpl'r ſtat cū
plr̄alitate lapidū. Ad ſc̄oꝫ dicēdū ꝙ illud nō videt' aliq̄d
valere niſi ad inducendū in q̄ndā admiratōꝫ. q: nō eſt in
cōueniēs plr̄a q̄tūcūq; diſtātia ꝯſtituē vnū numeꝝ diſcre
tū ſimpl'r. nec etiā eſt incōueniēs vnū accidēs diſcretū eē
in plr̄ibus ſubiectꝭ q̄tūcūq; diſtātibꝰ Ad tertiū ꝑ inter
ēptionē maioꝛis: q: vnitates ſi nō haberēt aptitudinē ali
quā ad ꝯſtituēdū vnū diſcretū nō haberēt talē vnitatē to
tiꝰ ꝯſtituti ex eis ſic̄ habēt: lꝫ vnitatē ꝯtinuitatꝭ vnaqueq;
hꝫ in ſe poſſint hr̄e ſiue ſit in toto ſiue nō. ſic̄ lapides hn̄t
in toto ꝑiete ꝯſtituto ex eis q̄dā vnitatē quā nō haberēt:
ſi nō haberēt aptitudinē ad ꝯſtituēdū ipm̄. Ad q̄rtū dicē
dū ꝙ nō ē incōueniēs ꝙ vnuꝫ accn̄s nūero diſcretū ſit in
plr̄ibus ſubiectis nūero ꝯtinuiſ. q: vnitas diſcreta ſtat cū
plr̄alitate ꝯtinuoꝝ diuerſoꝝ. nec ex h̄ ſequit' ꝙ vnū nūero
ſit ſex nūero. ſꝫ ſequit' ꝙ vnū diſcretum nūero ꝯponit' ex
ſex ꝯtinuiſ. Et iō tenēdū eſt ꝙ numerꝰ hꝫ vnitatē: de cuiꝰ
vnitate ſunt opiōes. Quedā eſt q̄ dicit numeꝝ hr̄e vni
tatē a quātitate ꝯtinua diuiſa: ita ꝙ eadē eſt vnitas nūeri
⁊ quātitatꝭ ꝯtinue. ex cuiꝰ diuiſiōe cauſat': ita ꝙ eadē vni
tas ſpecifica ē vnitas vtriuſq;. ſꝫ in h̄ differūt: q: ꝯtinuū ⁊
eiꝰ vnitas ipoꝛtat copulationē ꝑtiū ad aliquē terminū cō
munē: ſꝫ vnitas nūeri ꝑuatiōꝫ cōem tal' copulatōis ipoꝛ
tat. ⁊ h̄ ꝓbauit q̄druplicit'. Pꝛimo ſic: q: ſi numerꝰ dice
ret aliā vnitatē a ꝯtinuo nō eēt ſimpl'r vnꝰ: cuꝫ partes eiꝰ
ſint ſimpl'r diuerſe. ſꝫ nūerus hꝫ ſimpl'r vnitatē. ergo ⁊c.
Sc̄do q: nūerus ⁊ ꝯtinuū nō differūt niſi ſic̄ vnū ⁊ plura
vna: ⁊ per ꝯn̄s nō differūt niſi ſic̄ albū ⁊ alba: ſꝫ albū ⁊ alba
nō differūt ſpē. ergo vnū ꝯtinuū ⁊ nūerus vnꝰ nō differt
ſpē. ⁊ per ꝯn̄s habēt vnitatē eandē ſpecificā. ſed vnitas ſc̄m
ſpēm reducit' in eē reali ad aliqd̄ vnū nūero. ergo vnitas
realis nūeri ⁊ ꝯtinui eſt eadē vnitas. Tertio: q: mēſura
⁊ mēſuratū ſunt eiuſdē rōis. ſꝫ vnū nūero qd̄ eſt ꝯtinuū ē
mēſura nūeri. ergo ꝯtinuū ⁊ nūerus ſunt eiuſdē rōis. ſed
q̄ ſunt eiuſdē rōis ſunt eiuſdē ſpēi. gᵒ idē qd̄ pꝛiꝰ. Quar
to. q: ſicut magnū ⁊ ꝑuū ſe hn̄t in magnitudie: ita mlt̄ū et
⁊ paucū in multitudie. ſꝫ magnū ⁊ ꝑuū in magnitudie nō
differūt ſpē. ergo nec multū ⁊ paucū in multitudie. ⁊ ꝑ cō
ſeq̄nēs maioꝛ ⁊ minoꝛ nūerus nō differūt ſpē. ſꝫ h̄ nō eēt
niſi nūerus hr̄et vnitatē ſpecificā ab vnitate ꝯtinui. gᵒ ⁊c.
Sꝫ illud nō pōt ſtare ꝓpter q̄ttuoꝛ. Pꝛimo q: nūerꝰ nō
eſt vnꝰ illa vnitate q̄ nō eſt in actu qn̄ eſt nūerꝰ. ſꝫ vnitas
ꝯtinui ex cuiꝰ diuiſiōe cauſat' nūerus nō eſt actu qn̄ ē nu
merꝰ. q: ꝯtinuū fc̄a diuiſiōe nō manet ꝯtinuū nec vnum
actu q̄tū ad illō qd̄ ē ꝯtinuū qd̄ pꝰ erat actu: qd̄ iō dico: q:
q̄titas ⁊ vitas manēt i ꝑtibꝰ totiꝰ diuiſi. ſꝫ n̄ mācet vitas to
tiꝰ diſi gᵒ. ⁊c. ma. pꝫ. q: vitas vniꝰcuiuſq; ē actu qn̄ ipm̄ ē
actu: 2ᵒ q: ſi ab eadē vnitate foꝛmal'r hēat ꝯtinuū ⁊ diſcre
tū vnitatē: tūc foꝛmal'r vnitas ꝯtinui ⁊ diſcreti eſſet eadē.
ſꝫ hoc ē falſū. gᵒ ⁊c. ꝯn̄a pꝫ. ꝓbō falſitatis ꝯn̄tis. q: illa vni
tas q̄ nō ꝯpatit' ſecū in illo vno cuiꝰ eſt vnitas plr̄a ꝯtinua
nō eſt eadē cū illa vnitate q̄ cōpatit'. ſecꝰ in illo vno cuiꝰ ē
plr̄a ꝯtinua vnitas diſcreti cōpatit'. ſecꝰ in illo vno cuiꝰ eſt
plura cōtinua ſpecifica. nō autē vnitas ꝯtinui ergo ⁊c.

Tertio ſic. q: ſi eadē eſt vnitas ſpecifica continui et nu
meri qui ſurgit ex diuiſione cōtinui: tunc eadem erit vni
tas ſpecifica: ternarii ⁊ quaternarii. ſed hoc eſt falſū. gᵒ ⁊c.

ꝯña patȝ q: ex eodē ꝯtinuo pñt ꝑ diuiſiōem cāri ternari⁹
ꝛ q̄ternari⁹. ergo ſi eadē vnitas ſpecifica eſt cōtinui ex cu-
ius diuiſione cātur numer⁹ ꝛ numeri. ſeq̄ret̄ ꝙ eadē eſſȝ
vnitas ſpecifica ternarij ꝛ q̄ternarij. falſitas ꝯñtis patet
ꝑ ph̄m. x. methaphiſice q̇ dicit ꝙ vnitas ſubtracta vel ad-
dita variat ſpēm numeri. Ad iſtas duas vltimas rōes
dicūt illi de illa opinione. q: vnitas ꝯtinui vel vnitas nu
meri vel ipm̄ ꝯtinuū ꝛ numer⁹ nō dñi ꝑ ſe ſȝ ꝑ accñs. q:
vnū coꝝ dicit aliq̄d poſitiuū. ſ. cōtinuū q: dicit copulatio
nē ad aliquē terminū cōem. ſȝ numer⁹ dicit ꝑuatōeȝ eiuſ
dem. Sed iſta rñſio eſt impoſſibilis. ꝑmo q: diuiſio ge
neris in ſpēs nō eſt ꝑ ꝑuatiōem ꝓprie dictā. ſȝ eſt ſemper
ꝑ dñas paſſiuas. ergo falſū eſt dicere ꝙ ꝯtinuuȝ differt a
diſcreto q: diſcretū dicit ꝑuatiuū ꝯtinuū aut nō. 2°. q:
actio poſitiua terminat̄ ad aliq̄d poſitiuū. ſed diuiſio cōti
nui eſt actio poſitiua. ergo ꝛc̄. ſed diuiſio ꝯtinui termina
tur ad diſcretū. ergo diſcretū nō dicit formaliter ꝑuatio
nē. 3°. q: diuiſio generis in ſpēs nō ē ꝑ dñas accñtales.
ſȝ diuiſio q̄titatis ꝑ ꝯtinuū ꝛ diſcretū eſt diuiſio generis
in ſpecies. ergo falſum eſt dicere ꝙ continuuȝ ꝛ diſcretū
differūt ꝑ accñs. Ex h̄ ſumitur quarta rō ꝑncipalis cō-
tra ꝑdictaȝ opinionem que ponit ꝙ ꝯtinuū ꝛ diſcretum
ꝛ vnitas vtriuſqȝ differūt ſicut ꝑuatio ꝛ h̄itus. q: ſicut di-
ctū eſt diuiſio generis in ſpēs non eſt in ꝑuatiōem ꝓprie
loquēdo ꝛ h̄itū imo eſt ſemꝑ in dñas diuerſas poſitiuas.
ꝑuatio eñi nulli⁹ eſt dña vel ſpēs. ſȝ h̄ cōuenit ſ̄m ꝑdcām
opiniōem. ergo ꝛc̄. Ad ꝑmū igit̄ inductū ab eis dicen-
dū ꝙ ꝑtes numeri ſunt ſimpliciter diuerſa cōtinētia ꝛ ta
mē totū diſcretū ꝯſtituit̄ ex eis ꝛ ē vnū ſimpliciter diſcre-
tū ꝛ iſta duo ſtant ſimul vt dictū eſt. Ad ſ̄m dicēdū ꝙ
ꝯtinuū ꝛ numer⁹ nō differt ꝓprie ſicut vnū ꝯtinuū ꝛ plu-
ra ꝯtinua ex q̇bus cōſtituitur. ſed ſicut vnū diſcretū con-
ſtitutū ex pluribuſ vnitatibus ꝯtinuis ꝛ illa plura ꝯtinua
ex quibus cōſtituitur. ꝛ iſta eſt differētia toti⁹ integralis
ꝛ ꝑtiū ex quibus integrat̄. dña aūt q̄ē inter vnū cōtinuū
ꝛ plura ꝯtinua ē dña. que eſt īter ꝑtes ſubiectiuas ꝛ totū
alia maneat ⁊ nō ſit diſtincta ab illa re reſpectu cui⁹ ē alia
⁊ ſic ē ipoſſibile q: implicat ↄdictoria. ſ. eē diſtinctū ⁊ non
diſtinctū. aliud ⁊ nō aliud. alio° pōt intelligi in ſenſu diui
ſo ſic. ſ. qđ dicat̄ ꝙ poſſit tolli diſtinctio talis rei ab eo qđ
eſt aliud ab ea realiter ꝑ ablatiōem alteri⁹ rei. ita ꝙ illa q̄
ſūt ſic nūc diſtincta. poſſint nō eſſe diſticta altero ablato
vt ſi dicerē ꝙ de⁹ pōt eē ñ diſtinct⁹ actu a creatura. q: cre
tura poſſet nō eſſe q̄ facto de⁹ nō h̄ret a q̄ diſtigueret̄ eēn
tialiter ⁊ iſto mō pōt eſſe v̄m ꝙ talis diſtinctio tolleret. ⁊
ſic pꝫ ad qōnē. Ad illud aūt ꝙ obijcit̄ incōtrariū de paſ
ſiōe dō. ꝙ paſſiōem nō poſſe eē ſine ſubiecto nō infert ꝙ
eēntia paſſiōis nō ſit diuerſa ab eēntia ſubiecti. multa. n.
ſūt que nō pñt eē ſine inuicē que tñ ſūt diſtincta ꝑ eēntiā
ſicut relatiua ⁊ ſicut effect⁹ nō pōt eē ſine cā ⁊ tñ hꝫ eēntiā
diſtinctā a cā. ꝙ aūt addit̄ nō pōt diffiniri paſſio ſine ſbō
nō valꝫ. q: h̄ nō eſt ꝓpt̄ indiſtinctiōem paſſiōis a ſubiecto
ſꝫ q: pfecta noticia paſſiōis nō pōt eē ſine noticia ſubiecti
cui⁹ eſt paſſio. vñ in diffinitiōe paſſiōis ponit̄ ſubiectuꝫ
nō vt exiſtens eēntia ei⁹. ſed ſicut cā a qua noticia ei⁹ de
pendet. vñ ph̄s. 7. methaphiſice dicit ꝙ paſſio diffinitur
per ſubiectū ſicut per additamētū alteri⁹ rei. ꝙ aūt intel
lect⁹ dicit̄ ꝙ accñs non pōt intelligi ſine ſubiecto. dicen
dū ꝙ aliq̄d non poſſe itelligi ſine alio dupliciter pōt eſſe
vno modo ex pte intelligētis qđ quidē pōt accidere vel ꝓ
pter pfectiōem actus intelligendi. ſicut deus non poteſt
intelligere etiam ſeipſum ſine alijs rebus. quia itellectio
ſua ſe extendit neceſſario ad omnia. aliquādo aūt h̄ acci
dit propter impfectiōem intelligent̄. qui aliquādo non
poteſt venire in noticiā alicuius rei niſi ex noticia alteri⁹
ſicut venimus in noticiaꝫ cauſe per effectū. Quādoq̄ꝫ ve
ro conuenit hoc eſſe ex parte rei intellecte ⁊ hoc multipli
citer. vno° quia non poteſt intelligi. ſ. ſine alio. quia res
non poteſt vero intellectu ⁊ perfecto intelligi. niſi vt exi
ſtens illud eēntialiter ſicut ſe habet homo reſpectu aīalis
ſed de accidente reſpectu ſubiecti falſum eſt ⁊ impoſſibi
le. q: ↄcipiēſ paſſionē eē eēntialr̄ ſubiectū falſū ↄcipit. alio
mō dico q: nō pōt v̄e intelligi vnū eē ſine alio ⁊ ſic eſt de
accñte reſpectu ſubiecti. ſaltē ſc̄m curſū cōeꝫ vel q: vnū ē
de rōe alteri⁹ extriſece tñ ſic vnū correlatiuū ē de rōe alte
ri⁹ ⁊ tñ extriſecū ē ab eo. mō dico ꝙ accñs dicit̄ nō poſſe

intelligi cognitōe cōpleta ſine ſubiecto. nō ꝑmo mō q: ñ
poſſit intelligi niſi vt exñs eēntialit̄ ſubm̄. hoc eni ē abſur
dū. ſed hoc intelligit̄: q: nō pōt intelligi eſſe ſine hoc ꝙ ſit
in ſubiecto: vnde rō nihil valet.

Ad tertiū ſic ꝓcedit̄ ⁊ arguit̄ ꝙ inter idē qđ ↄuer
tit̄ cū ente ⁊ diuerſū ſit dare mediū. q: paſſio et
ſbm nō ſūt idē idēptitate q̄ cōuertit̄ cū ente. nec
etiā ſūt diuerſa. g°. ⁊c̄. ꝙ nō ſūt idē ꝑdicta idēptitate pꝫ: q:
paſſio nō eſt ſubiectū. ꝙ etiā nō ſint diuerſa pꝫ. q: illō nō
pōt realr̄ eē diuerſū a ſbo: qđ nec eē nec itelligi nec diffiri
pōt ſine ſubiecto. ſꝫ paſſio ſic ſe hꝫ ad ſubiectū vt pꝫ. 7. me
thaphiſice. g°. ⁊c̄. ⁊ ſic vt videt̄ eſt dare mediū inter idē qđ cō
uertit̄ cū ente ⁊ diuerſū. Itē ſc̄m cōmen. 3. ce. ⁊ mū. comē
to. 29. mā differt a nihilo. q: eſt i ente i actu a quo eſt indi
ſtincta. ⁊ ꝑ ↄñs ab ente in actu nō ē diuiſa vel diſticta. nec
pōt etiā dici ꝙ ſit eadē cū ente in actu idēptitate q̄ ↄuertit̄
cū ente: cū mā prima ſit potētia. g°. mā nec eſt eadē cū ente
nec etiā eſt diuerſa ab eo. g°. ⁊c̄. Cōtra. ſicut idē ⁊ diuerſū
ſc̄m rōeꝫ ſe habēt ad eē rōis. ita idē ⁊ diuerſū ſc̄m reꝫ ſe hñt
ad eſſe reale. ſꝫ inter idē ⁊ diuerſū ſc̄m rōeꝫ nō eſt dare me
diū in eſſe rōis. g°. ⁊c̄. Rñ°. circa illā qōem ſic ꝓcedā: q: ꝑ
mo ponā vnā opionē falſā cū ſuis motiſ. 2°. oñdet ꝙ ſc̄m
illā oꝫ dare mediū inter idē qđ cōuertit̄ cū ente ⁊ diuerſū.
3°. reprobabo dictā opi. Et 4°. ponā v̄itatē de qōe. Quā
tū ad ꝑmū ſciendū ꝙ ſic dictū fuit in ꝑcedēti qōe eſt q̄daꝫ
opi. que ponit ꝑter vnitatē ↄpōis de qua ſuꝑdictū eſt du
plicē idēptitatē coꝝ q̄ ſunt idē realit̄ ꝑ eēntiā. ſ. idēptitatē
relatiuā ⁊ idēptitatē abſolutā: ⁊ dicūt idēptitatē abſolutaꝫ
eſſe indiſtinctōꝫ rei a ſeipſa. relatiuā v̄o vocāt indiſtictōꝫ
rei q̄ tollit diſtinctionē ei⁹ a quadā re q̄ nec eſt eadē cū illa
a qua dr̄ nō diuiſa idēptitate abſoluta nec etiā diuerſa.
Declarāt etiā illā diſtictionē ponēdo int̄ mēbra q̄drupli
cē differētiā. Pria eſt: q: vt dicūt ꝑma idēptitas tollit̄ di
ſtinctōꝫ rei a ſe ipſa. Scđa aūt tollit diſtictiōꝫ q̄ dicit̄ ens
diſtingui ab oī alio: ⁊ hoc ſic dictū fuit in determiata natu
ra. ⁊ de hoc ponūt exēpla talia q̄lia poſita ſunt in precedē
ti qōe. Scđa differētia ē: q: vna tollit diſtinctōꝫ intriſe
cā rei. v̄bi gr̄a. idēptitas abſoluta hōis tollit diſtinctiōꝫ q̄
hō diuidit in hōies: idēptitas v̄o relatiā tollit diſtinctiōꝫ
alicui⁹ extriſici a re. ſicut diſtictio irrōnalis reſpcū homi
eſt diſtinctio extriſeca ſiue cuiuſdaꝫ extrinſeci. Tertia
differētia: q: q̄ ſunt eadē idēptitate abſoluta r̄ſpiciūt ſe rcō
aſpcū ſic hō ⁊ aīal. ita v̄o q̄ ſūt eadē idēptitate relatiā r̄ſpiciūt
ſe obliq̄ vl̄ indirecto aſpcū. ſic dicūt de ſupficie ⁊ ſperica fi
gura. ⁊ idē dicūt de eēntia ⁊ relatiōe in diuinis. ſ. Quar
ta differētia eſt: q: relatiua idēptitas ꝑſupponit abſolutā
q̄. ſ. res eſt indiſtincta a ſeipſa: ſic idēptitas paſſiōis ⁊ ſub
iecti ꝑſuppōit idēptitatē q̄ paſſio ē idē ſibiipſi ⁊ idēptitatē
q̄ ſubiectū eſt idē ſibi. ⁊ ſic pꝫ de ꝑmo. Quātū ad ſecūdū
ꝑncipale facile eſt oñdere ꝓpoſitū ꝙ. ſ. ſc̄m illā poſitōꝫ ſeq̄
tur ꝙ ſit dare mediū int̄ idē qđ cōuertit̄ cū ente ⁊ diuerſū
q: ſc̄m eos illa q̄ ſūt eadē idēptitate relatiā nō ſūt diuerſa re
alit̄: nec ſūt etiā eadē idēptitate q̄ cōuertit̄ cū ente: etiā ſc̄m
eoſ: q: ita idēptitas ē idēptitas abſoluta q̄ aliq̄d ē indiſtin
ctū a ſeipſo. g°. ⁊c̄. Quantū ad tertiū ꝑncipale ſimil̄ intē
do reprobare poſitōꝫ cū ſuis declaratōib⁹. q: ſue declara
tiōes nō ſūt aliud q̄ relatōeſ q̄bus rñdet̄ ab eis ad ipſas ra
tiōes. vñ reprobatio declarationū eſt ↄfirmatō relationū
ↄ ꝑdictā poſitiōꝫ inducit̄ cōtra iſtā opi. ſi opi. debeat dici
⁊ nō maḡ fictio pono. 5. rōes ad quas q̄ſi oēs alie poſſūt
reduci. Pria rō ſumit̄ ex eo qđ ↄcluſū eſt in ꝑcedēti qōne
videlꝫ ꝙ oēs res cōpata alij vel eſt alia ab ea alietate q̄ op
ponit̄ imediate idēptitate q̄ cōuertit̄ cū ente: vel eſt eadē
cū ea idēptitate q̄ ↄuertit̄ cū ente: q̄ idēptitas eſt abſoluta
vt ſepe dictū eſt. ſꝫ ſc̄m re illoꝝ q̄ ſūt eadē idēptitate relatiā
vnū ñ ſe hꝫ ad aliud: nec ſic ad idē idēptitate abſoluta: nec
ſicut ad aliud alietate ſibi oppoſita. g°. talis idēptitas ē im
poſſibilis. Et cōfirmat̄ rō. q: iſta idēptitas aut negat oēm
diſtōꝫ realē ⁊ alietatē inter illa q̄ ſic ſūt eadē. aut ita ē q: di
ſtinctio ſit negata ⁊ alietas affirmata. ſi ꝑmo mō tūc ſic ꝓ
batū eſt in ꝑcedēti qōe talia in idēptitatē abſolutā incidūt
q: in idēptitatē que cōuertit̄ cū ente. ſi ſecūdo mō tūc illa
idēptitas fundat̄ ſupra cōtradictoria. ſi accipit̄ in ſenſu cō
poſito vt in precedēti qōne oſtenſuꝫ eſt. ergo predicta me

dia idẽptitas ꝼm vtrũq₃ modũ eſt ipoſſibilis. Si dicatur
ad h̄ ꝙ idẽ qḋ cõuertit̃ cum ente eſt in plus ꝙ̄ idẽptitaſ ab
ſoluta. ergo ⁊c̃. Cõtra q: ꝼm te vnũ qḋ cõuertit̃ cũ ente
h₃ duas ꝑꝓetates. ſ. eẽ indiſtinctũ in ſe ⁊ eſſe diſtinctum
a quocũq₃ alio. ergo ꝼ₃ te idẽptitas qua dr̃ idẽ vnũ qḋ cõ
uertit̃ cũ ente eſt idẽptitas q̄ dr̃ aliq̄d indiſtinctũ in ſe. ſ₃
talis dr̃ ꝼm te idẽptitas abſoluta. ergo ⁊c̃. Scḋa rõ ſũit̃
ex ipſa rõe nois ꝙ̄ ipſi ponũt. dicũt. n. ꝙ illa idẽptitas dr̃
relatiua nõ ꝼm poſitiõem q: nõ ponit relatiõem ſ₃ nega
tiue. negat. n. vt dicũt relatiõem que eſt diſtinctio. ſ₃ ois
idẽptitas eſt hmõi. ergo ois idẽptitas eſt relatiua. ꝓbatio
mi. q: ois idẽptitas tollit diſtictiões₃ coꝝ q̄ ſũt eadẽ ſaltẽ in
q̄ntũ ſũt eadẽ. g. ⁊c̃. Ad h̄ rñdet̃ ꝑ q̄dã declaratiões₃ ſup
poſitã. ſ. ꝙ duplex ẽ diſio vł diſtõ. ſ. itriſeca ſic hois i hoies
⁊ extriſeca ſic diſtictio ab irrõnali. Cõtra tripliciter. pri
mo q: qñ diuidit̃ hõ in hoies iſta diuiſiõe nõ diuidit̃ hõ i
cõi cõtra indiuiſa ſ₃ diuidit̃ vnũ indiuiduũ cõtra aliud. ⁊
ꝑ ꝯñs eſt diuiſio qua diuidit̃ vnũ indiuiduũ ab alio indi
uiſo. ſ₃ ꝼm te diuiſio que eſt ab alio ẽ extrinſeca. ergo iſta
diuiſio q̄tũ ad illa inq̄ ſit diuiſio eſt diuiſio extrinſeca ſed
ꝼm te diuiſio extrinſeca ꝑtinet ad idẽptitatẽ relatiuã. er
go negatio diuiſiõis q̄ poniſ ꝑticulare ad idẽptitatẽ abſo
lutã ꝑtinet ad relatiuã. 2°. q: ſi ita eſt ꝙ diſtictio q̄ negat
idẽptitas abſoluta eſt diſtinctio ſupioris in ꝑtes ſubiecti
uas eẽntiales. puta hois i hoies. Cõtra q: idẽptitas ab
ſoluta eſt negatio diſtinctionis eiuſdẽ a ſeipſo q̄ q̄dẽ diſti
ctio eſt ipoſſibilis. ſ₃ diſtinctio ſupioris in inferiora nõ ẽ
ipoſſibilis. imo eſt poſſibił in oĩ nã in q̄ inuenit̃ plurali
tas indiuinaꝝ in eadẽ ſpẽ. ergo idẽptitas abſoluta non eſt
negatio diſtinctiõis ſupioris in inferiora. puta hois i ho
mines cui⁹ oppoſitũ põis. ſi dicat̃ ad h̄ ꝙ iſta diuiſio poſ
ſibilis eſt in ipſo cõi nõ tñ i indiuiſo. vñ negatio talis di
ſtinctiõis in indiuiſo dr̃ idẽptat̃ abſoluta q̄. ſ. aliq̄s hõ dr̃
idẽ ſibi ipſi. tũc q̄ro vtꝝ illa negatio neget diſtinctiões₃ rei
a ſe ipſa aut diſtinctiõem rei ab alia. ſi iſta idẽptitas abſo
luta neget diſtinctiõem rei a ſeipſa. q̄ro de idẽptitate rela
tiua vtꝝ neget diſtinctiõem rei a ſeipſa aut ab alia. ſi a ſe
ipſa tũc nõ differt ab idẽptitate abſoluta. ſi ab alio aut h̄ ẽ
negata diſtinctiõe ⁊ altetate ſicut deductũ fuit in ꝑcedẽti
q̄õne. aut negata diſtinctiõe ⁊ altetate manẽte affirmata.
ſi ꝑmo mõ tũc idẽptitas relatiua eſt indiſtinctio eiuſdem
a ſeipſo vt ſup̄ ꝓbatũ eſt. ⁊ ſic eſt eadẽ cũ abſoluta. ſi 2° mõ
includit ꝯdictoria vt deductũ eſt. 3°. q: ꝼm te ſicut diui
ſio q̄ diuidit̃ hõ in hoies eſt diuiſio intriſeca hoi ita diui
ſio q̄ diuidit̃ aĩal in aĩalia puta in rõnale ⁊ irrõnale eſt di
uiſio intrinſeca ipſi⁹ aĩalis. ſ₃ ꝼm te diſtinctio hois ab ir
rõnali eſt diſtinctio ſiue diuiſio extriſeca ergo diuiſio ho
minis ab irrationali erit diuiſio extriſeca. inq̄tũ eſt hõ ⁊
intrinſeca inq̄tũ eſt aĩal. q: ſicut diuiſio hois eſt intrinſe
ca hoi ita diuiſio aĩalis eſt intrinſeca aĩali. ⁊ ſic vna ⁊ eade₃
diuiſio ꝼm illã viã erit intriſeca ⁊ extrinſeca ꝑ cõꝑatiõem
ad ſupi⁹ ⁊ inferi⁹. ⁊ tũc vlteri⁹ q̄rã de idẽptitate corñdẽte
vtriq₃. vtꝝ ſit eadẽ vel diuerſa. ſi eadẽ ergo idẽptitas abſo
luta q̄ tu ponis negare diuiſiõem intrinſecã. ⁊ idẽptitas
relatiua q̄ tu ponis negare diuiſiõem extrinſecã eſt eadẽ
idẽptitas qḋ ẽ ꝯ te. ſi v̄o diuerſa. g. i eodẽ idiuiſo erũt tot
idẽptitates ad quot ſupiora põt ꝯꝑari. ⁊ cũ h̄ etiã ꝑ ꝯꝑatio
nẽ ad vnũ erit idẽptitas abſoluta ⁊ per ꝯꝑatiõem ad aliud
erit relatiua. puta idẽpti as qua hõ eſt idẽ ſibipſi erit abſo
luta inq̄tũ hõ eſt ſibiipſi ꝼm qḋ hõ ⁊ erit relatiua inq̄tum
hõ eſt idẽ ſibiipſi ꝼm qḋ aĩal. ita ꝙ idẽptitas hois ad ſe ho
minẽ erit abſoluta ⁊ idẽptitas hois ad ſe aĩal erit relatiua.

Tertia rõ ꝑncipalis ad ꝓpoſitũ ſumit̃ ex ꝑte extremo
rũ ad cui⁹ euidẽtiã ſciendũ ꝙ ſicut diuiſio h₃ extrema po
ſitiua ita etiã negatio diuiſiõis h₃ extrema negatiua. eadẽ
enĩ extrema negauit negatio ⁊ ꝑncipio diuiſiõiſ que põit
ipſa diuiſio. Inde arguit̃ ſic. eorũdẽ extremoꝝ negatoꝝ ẽ
eadẽ idẽptitas. ſ₃ idẽptitas illoꝝ q̄ꝝ eſt vna ⁊ eadẽ realitas
oĩno indiſtincta ſũt extrema negatiue accepta. g. taliſ idẽ
ptitas nõ põt eſſe niſi vna. ſ₃ ſcḋm te i diuinis eẽntia ⁊ pr̃
nitas ſunt vna realitas oĩno indiſtincta. ergo coꝝ nõ eſt
niſi vna idemptitas. cuius oppoſitum tu ponis. Ad h̄
reſpondet̃ tripliciter. ꝑmo quia idemptitates non diffe
rãt realiter ſicut diuerſe res poſitiue. ſed ſicut negatiões
diuerſaꝝ multitudinũ. vnde vt dicunt idemptitas pr̃is ⁊
idẽptitas eẽntie negãt diuerſas multitudines. 2°. q: l₃
ſint eadẽ res: tñ vnũ nõ ꝯcipit̃ cõcipiẽdo alteꝝ recto aſpe
ctu ſ₃ q̄ſi in obliquo. ſicut cõcipiẽs ꝯcauũ nõ cõcipit ꝯne
xũ rcõ aſpectu. vñ cõcipiẽs eẽntiã diuinã nõ cõcipit dire
cto aſpectu relationẽ nec ecõuerſo. ⁊ ſic eſt de oĩbus q̄ dñr
eadẽ idẽptitate relatiã. 3°. rñdet̃ dḋo ꝙ l₃ extrema vtriuſ₃
idẽptitat̃ puta extrẽa idẽptitat̃ eẽntie ad ſe ⁊ extrẽa idẽpti
tat̃ pr̃is ad ſe ſint eadẽ. ꝙ mãliter: q: . ſ. ſũt eadẽ res. tñ for
malit̃ ſũt diuerſa inq̄tũ ſũt extrema diuerſaꝝ idẽptitatũ.
ſic ſi idẽ corp⁹ albũ ⁊ calidũ dicat̃ diuerſa q̄lia formalit̃ ꝓ
pter diuerſas q̄litates: l₃ realit̃ eẽt idẽ ſubiectũ habẽs am
bas q̄litates. Pria rñſio nihil valet: ⁊ hoc p₃ ꝑmo acci
piẽdo diuiſionẽ ⁊ indiſionẽ ſimł. ſic eorũdẽ extremoꝝ ipoſ
ſibile eſt eſſe plr̃es diuiſiões: ⁊ per ꝯñs plr̃es oppoſitas idi
uiſiões. ſ₃ diuiſionũ vł oppoſitoꝝ indiſionũ illaꝝ reꝝ qua
rũ eſt vna realitas ſimplex ſũt eadẽ extrema realr̃. g. ipoſ
ſibile eſt taliũ eẽ plures diuiſiões vel idiuiſiões ex nã rei:
ſiue realit̃. 2°. idẽ p₃ de multitudĩe. ad cui⁹ euidẽtiã ſciẽ
dũ ꝙ diuerſitas multitudĩs põt accipi dupłr: vno mõ ex
ſua ꝓpria ſpẽ: ſic differt ternari⁹ ⁊ q̄ternari⁹. vñ in eadem
nã nũerata differũt tria ⁊ q̄tuor. Alio mõ ꝑt accipi diuer
ſitas multitudinũ ex ꝑte coꝝ q̄ dicunt̃ multa. ſic differũt
multitudo equoꝝ ⁊ multitudo canũ. ſ₃ neutro illoꝝ mõꝝ
põt multitudo młtiplicari manẽtib⁹ eiſdẽ extremis q: ſtã
te ipotheſi nec pñt eẽ alia multa ex ꝑte rei nũerate nec plu
ra nec pauciora per q̄ ibi poſſint plr̃es multitudĩs ſpẽs ac
cipi. ⁊ adhuc magis deriſibile eſt h̄ qḋ dr̃ in ꝓpoſito de eſ
ſentia diuina ⁊ pr̃e. q: ſi młtitudo imaginabił eẽntie differt
a multitudĩe ꝑſone puta pr̃is. aut hoc eſt mãliter puta res
q̄ dicunt̃ multe ſũt alia ⁊ alia res: puta pr̃ ⁊ eẽntia. ⁊ hoc eſt
manifeſte falſũ. vel q: diuerſe ſpẽs multitudĩs inuenit̃ in
eis: ⁊ hoc eſt valde deriſoriũ videl₃ qḋ in pr̃e inueniat̃ q̄ter
nari⁹ numer⁹ ⁊ in eẽntia quinari⁹ vel ternari⁹: vñ illa re
ſpõſio eſt per oĩa friuola. Alia etiã rñſio nłła ẽ. nã qñ dr̃
ꝙ ꝯcipiẽs vnũ rcõ aſpcũ nõ ꝯcipit aliud niſi obliq̄: aut tu i
telligis q: illa obliq̄tas eſt ꝼm rõe₃ intelligẽdi tm̃: vel tm̃
ꝼ₃ modũ ſignãdi grãmaticalẽ nulla diuerſitate rñdẽte ex ꝑ
te rei. ſic ſi cõſtruim⁹ ꝑſonã ſor. cũ ſor. in obliq̄. aut aliqua
diuerſitas eſt ex ꝑte rei. ſi ꝑmo mõ nihil ad ꝓpoſitũ q: ſo
la dr̃ia rõis nihil facit ad idẽptitatẽ vel diuerſitatẽ realẽ. ſi
ſcḋo mõ hoc eſt ꝯ te q: ꝼm te in re nłła ẽ diuerſitas. Nec
valet qḋ ipſi dicũt ꝙ ibi eſt obliq̄tas ex ꝑte rei: recedendo
ab idẽptitate abſoluta: nõ tñ incidẽdo in diuerſitatẽ realẽ
q: vt ꝓbatũ eſt in ꝑcedẽti q̄õe. oẽ qḋ eſt cõꝑatũ alij vel eſt
idẽ ei idẽptitate q̄ ꝯuertit̃ cũ ente q̄ eſt idẽptitas abſoluta
vel eſt aliud ab eo. ⁊ h̄ habet̃ expſſe a pħo. 4. metha. g. ſi re
cedit ab idẽptitate abſoluta: neceſſario incidit in diuerſitatẽ re
alẽ. Tertia etiã rñſio nihil valet. ꝑmo q: petit ꝑncipiu₃
nã qñ dr̃ ꝙ eorũdẽ extremoꝝ nõ eſt niſi vna idẽptitas. ⁊ ꝑ
mo rñdet̃ ꝙ verũ eſt accipiẽdo extrema mãłr ſ₃ nõ forma
lit̃ q: . ſ. diuerſe idẽptitates faciũt ea formałr diuerſa extre
ma idẽptitatũ diuerſaꝝ manifeſte eſt petẽ ꝑncipiũ. q: cu₃
arguit̃ ꝯ te vnitas idẽptitat̃ eſt ex idẽptitate terminoꝝ ſta
tim ſupponis eorũdẽ extremoꝝ ex ꝑte rei eẽ plures idem
ptitates: ita ꝙ qñ tibi ꝓbat̃ ex vnitate extremorũ vnitas
idẽptitat̃ ſtati tu accipis ſupponẽdo nõ ꝓbando diuerſi
tatẽ idẽptitat̃ ad ꝓbandũ diuerſitatẽ formalẽ extremorũ.
Preterea nõ val₃ ſcḋa rñſio. q: ſicut ꝓbatũ ẽ manẽte idẽ
ptitate reali extremoꝝ nõ põt plr̃ificari formałr ꝼm rẽ: di
uiſio vel multitudo formałr vł mãłr vñ truſa eſt q̄cq̄d dr̃.

Quarta rõ ꝑncipalis ꝓcedit ꝯ in determinatõ₃ quã cõ
tinet ꝓpõ quã aſſumũt ad ꝓpoſiti ſui declaratõ₃: dicẽtes
ꝙ abſq₃ repugnãtia intellectuũ eſt poſſibile iuenire in nã
reꝝ aliquã rẽ indiuiſã in ſe nõ diuiſam a q̄da₃ re: ⁊ eſt talis.
q: illa res a qua q̄dã res indiuiſa in ſe non eſt diuiſa. aut illa
eſt res a qua dr̃ nõ diuiſa: aut nõ. ſi ſic: g. replicatio iſti⁹ ⁊ re
plicatio illi⁹ eſt replicatõ eiuſdẽ rei qḋ eſt ꝯ te. ſi nõ ergo ẽ
alia res qḋ eſt ꝯ te. Itẽ aut eſt alia res h̄ ab illa. aut eadem.
ſi alia hoc eſt ꝯ te: q: nõ eſt diuiſa ſiue diſtincta realr̃ ab il
la. ſi eadẽ: g. indiſio eaꝝ eſt indiſio eiuſdẽ a ſeipſa. ſ₃ hoc eſt
idẽptitas abſoluta. g. eaꝝ idẽptitas eſt abſoluta qḋ tu ſim
plicit̃ negas. Ad hoc rñdet̃ ꝙ in iſtis rõibus eſt fallacia
ꝯñtis: vel procedẽdo a ſuperiori ad inferi⁹ affirmãdo: aut

ꝓcedēdo a pluribꝰ caſibus veritatꝭ ad vnaꝫ. nam qn̄ dr̄ aut eſt alia res vel eadē ⁊ vlteriꝰ dicēdo ſi nō eſt alia. ergo eſt eadē idēptitate abſoluta ꝓcedit̄ a ſupiori ad inferiꝰ affirmādo. vn̄ nō ſeq̄t̄ ſūt eadē res. ergo idēptitate abſoluta q: idēptitas ſe hꝫ in plus ꝙ̄ idēptitas abſoluta nā ꝯuenit tā abſolute ꝙ̄ relatiue. Eſt etiā ibi vt dicūt ꝓceſſus a duabus cāis mētaliter ad vnā. nā qn̄ dr̄ tales res ſi nō ſūt eadē res idēptitate abſoluta. ergo ſūt diuerſe nō ſeq̄t̄ q: ꝙ aliq̄ue res nō ſint eadē res idēptitate abſoluta pōt ꝓuenīe ex duplici cā. vel q: .ſ. vna eſt diuerſa ab alia. vel q: ſūt eadē res idēptitate relatiua. vn̄ qn̄ arguit̄ nō ſūt eadē res idēptitate abſoluta. ergo ſūt diuerſe res ꝓcedit̄ a pluribꝰ cāiſ ꝟitatꝭ ad vnā. Qꝫ iſta rn̄. ſupponat falſū pꝫ ex dictꝭ. nā in q̄ōne p̄cedēti ꝓbatū eſt. ꝙ oīs res ꝯpata cuicūqꝫ eſt eadē idēptitate q̄ ꝯuertit̄ cū ente vel alia ab ea. vn̄ oē qđ eſt indiſtinctū ſiue indiuiſū in ſe ⁊ diſtinctū realiter ab oī eo qđ nō eſt illo mō idē cū eo vel eſt diſtinctū ab eo. ſꝫ talis idēptitas eſt idēptitas abſoluta. ⁊ iō nō eſt dare medium vt tu falſe ſupponis inter idē idēptitate abſoluta q̄ eſt i diuiſo rei a ſeipſa ⁊ aliud ſiue diuerſū. ⁊ ſic pꝫ falſitas opi.

Patet etiā ex dictis ꝙ declaratōes nulle ſunt. nā ſicut pꝫ ex p̄cedēti q̄ōne declaratio q̄ fundat̄ ſup negatiōem diſtinctōis vniꝰ qđ ꝯuertit̄ cū ente ab alio in determinata nā nulla eſt. Scđa etiā declaratio q̄ fūdat̄ ſup diuiſiōeꝫ vel diſtinctiōem intrinſecā ⁊ extrinſecā oñſa eſt nihil valere ⁊ ſimpliciter idē oñſum eſt d̄ obliquo ⁊ recto aſpectu. ꝙ aūt dr̄ ꝙ vna idēptitas ſupponit aliā eſt aſſūptio falſi ⁊ h̄ ꝓbo ex dictis eoꝝ. q: in eadē re ſimplici impoſſibile ē eſſe ordinē realē p̄oris ⁊ poſterioris ſed ſm̄ eos illoꝝ quorū eſt idēptitas relatiua eſt vna ſimplex realitas. ergo ⁊c̄.

Exēplū aūt ꝙ addūt de vnitate ſpice figure cuꝫ ſupficie ē multū ieptū ad ꝓpoſitū. q: ipſi debēt iuenire exēpla talꝭ ordiniſ in re ſimplici ⁊ ipſi ponūt exēplū in re cū potentia ex accidēte ⁊ ſubiecto. mō quo vnū accñs eſt ſubiectū alteriꝰ accñtis in quo nō eſt mirꝝ ſi vnitas compoſiti p̄ſupponit vnitatē ptiū ſicut eſt entitas entitatē. ſꝫ ꝙ in vna re ſimplici ſit talis ordo realiter ē abſurdū. Quātū ad .4. p̄ncipale .ſ. de ꝟitate q̄ōnis p̄mo ponēdꝰ eſt intellectꝰ q̄ōnis. 2° ponit̄ ꝟitas de q̄ōne. 3° ex ꝟitate ꝓbata infert̄ correlatione qđ p̄dicta opi. iꝓbata eſt manifeſte falſa. ita ꝙ ꝟitas q̄ōnis erit. q̄rta rō ad improbādā dictā opi. Quātū ad p̄mū ſciendū ꝙ queſtio iſta nō q̄rit vtꝝ res aliq̄ ſibi ipſi ꝯpata tantū ſit ſibi eadem vel diuerſa. q: altera ps neceſſario eſt ꝟa. ⁊ alia ipoſſibilis. ſimilr̄ etiā iſta qđ non q̄rit vtꝝ res aliq̄ tm̄ ꝯpata ei qđ eſt aliud ab ea ſit eadē cum tali re. q: certū eſt ꝙ nō ita ꝙ altera ps etiā nec̄rio manifeſte eſt vera. et alia ps īpoſſibilis. ſed qđ q̄rit vtrū q̄cūqꝫ res indifferēter ꝯpata cuicūqꝫ nec̄rio ſit eadē cum ea idēptitate q̄ ꝯuertit̄ cū ente qua .ſ. aliq̄d eſt indiuiſū ſiue indiſtinctuꝫ a ſe vl' diuerſa ab ea. ita .ſ. ꝙ iter idē ſic ⁊ diuerſū n̄ ſit dare mediū reſpectu cuiuſcūqꝫ rei ⁊ ſic pꝫ de p̄mo. Quātuꝫ ad ſcđm videlicet ꝙ̄tū ad ꝟitatē q̄ōnis ſimplr̄ ꝓcedenduꝫ eſt ꝙ oē qđ eſt ꝯpatū cuicūqꝫ eſt idē cū illo idēptitate q̄ ꝯuertit̄ cū ente mō quo dictū eſt vel diuerſū ab eo ita qđ n̄ eſt dare mediū. ⁊ h̄ pꝫ duplici rōne. p̄ma ſumit̄ ex determinatiōe p̄cedētis q̄ōnis ⁊ eſt talis q: ſicut ibi ꝓbatū ē oē qđ eſt ſe hꝫ nec̄rio ad oē illud ad ꝙ ꝯpari ꝑt ſicut ad illud qđ ē idē ſibi idēptitate que ꝯuertitur cum ente vel ſicut ad illō a quo eſt diſtinctū. quia ſicut ibi dictū eſt vnū qđ ꝯuertitur cum ente eſt indiſtinctū in ſe ⁊ diſtinctū ab oī alio ꝙ illo modo nō eſt idē ſequi. ſꝫ oē aliud diuerſū ē ab eo reſpectu cuius ē aliud. ergo ⁊c̄. Scđa rō ſumitur ex h̄ qđ ſm̄ phm̄ .4. methaphiſice ⁊ ſm̄ oēs idē p̄dicto mō acceptum ⁊ diuerſū ſufficiēter diuidūt totū ens. ſꝫ inter mēbra ſufficiēter diuiſa aliqđ cōe nihil pōt cadere mediū qđ nō contineat̄ ſub altero. ergo ⁊c̄. Ex h̄ 3° pōt ꝯcludi falſitas p̄dicte opi. de duplici idēptitate quia ſicut ex dictꝭ pꝫ oē qđ ē ꝯpatū cuicūqꝫ eſt idē cū eo idēptitate que ꝯuertit̄ cū ente ⁊ p ꝯñs idēptitate abſoluta vel diuerſū ab eo. ſꝫ ſm̄ illos illa q̄ ſūt eadē idēptitate r̄latiua nec ſūt eadē idēptitate abſoluta nec ſūt diuerſa. g° ipoſſibilis eſt talꝭ idēptitas abſoluta. Ad p̄mū i oppoſitū .ſ. de paſſiōe ⁊ ſbō pꝫ ex p̄cedēti q̄ōne. Ad ſcđꝫ .ſ. ad dēm ꝯmē. dō ꝙ qn̄ ipē ꝯmē. dic̄ ꝙ mā ē idiſticta ab ente i actu l' ab actu n̄ itēdit loq̄ de diſtōe eēntiali q̄n .ſ. mā per eēntiā ſit diuerſa ⁊ alia ab eēntia forme. h̄ eni eēt inſanū cū eadē mā nūero ſtet ſub formis icōpoſſibilibꝰ. ꝓpter qđ phs nec̄io habuit ponē p̄ter formaſ ꝯrias ſiue p̄ter formā ⁊ p̄uatōnē ſbm̄ cōe. ſꝫ intētio ſua eſt ipſā māꝫ nō eē diſtictā ab actu ita ꝙ ſepata ab actu per ſe poſſit eē: ſꝫ oꝫ ipſā ſemp eē alicui actui ꝯiunctā. eſt eni aliud alicui eſſe ꝯiunctū ſubiectiue ⁊ eē illud eſſentialiter.

Deinde q̄rebat̄ vnū de rebꝰ in generali ꝙ̄tū ad ſiẽri. vtꝝ actio ſit in agēte. ⁊ arguit̄ ꝙ ſic: q: i illo forma hꝫ aliq̄ eē qđ ab ipſa denōt: ſic albedo eſt i eo qđ dr̄ albū. ſꝫ agēs denōt̄ ab actiōe: g° ⁊c̄. Contra eſt cōe dcm̄ .ſ. ꝙ actio ⁊ paſſio ſūt in paſſo. Rn̄. circa iſtā q̄ōeꝫ faciēda ſūt duo. primo vidēdū eſt q̄d ꝑō de q̄ōne accipiēdo ꝓprie ⁊ ſtricte actiōꝫ ꝓut diſtinguit̄ ꝯ genꝰ relatōis. 2° oñdet̄ q̄d ſit dicēdū ꝓut actio oñdet̄ ad ſignāda ipſā relatōꝫ agentē ad ipm̄ ꝓductū ꝓut etiā actō transfertur ad dīna. Quātū ad p̄mū pꝰ ponet̄ ⁊ ꝓbabit̄ veritas de q̄ſtiōe. 2° mouent̄ q̄dā dubia ⁊ ſoluēt̄ ad maiorē declaratōꝫ veritatꝭ. Quātū ad p̄mū teneo ꝓ ꝯcluſiōe ꝙ actio ſtricte accepta nō ē in agēte ſbiue. ⁊ h̄ ꝓbo vnica rōe tali. ſi actio eſt in agēte aut eſt illa forma q̄ eſt p̄ncipiū ꝑ qđ agēs agit: aut ē aliq̄s reſpectꝰ agētis ad paſſū: aut ē aliq̄s actꝰ abſolutꝰ acq̄ſitꝰ in agēte dū agit qui ſit fundamētū talꝭ reſpectꝰ. ſꝫ nullꝰ illoꝝ modoꝝ eſt poſſibilꝭ. g° ⁊c̄. ma. pꝫ. q: nullꝰ pōt imaginari in agēte ſm̄ qđ eſt agēs niſi alteꝝ ipſoꝝ p̄dictoꝝ tertiū. mi. ꝓbat̄ ꝙ̄tū ad tria mēbra. ⁊ p̄mo ꝙ̄tū ad p̄mū: ⁊ h̄ duplr̄. p° ſic: q: actio ꝓprie dcā nō ē p̄ncipiū actōis ſꝫ p̄ncipiū actiuū quo agēs agit eſt realr̄ p̄ncipiū actōnis g° ⁊c̄. 2° ſic: q: illud nō eſt actio quo poſito nō nec̄io pōt aliqđ agēſ agē. ſꝫ poſito p̄ncipio actio quo natū ē agēs agē nō nec̄io ponit̄ agēs agē. pōt eni p̄ncipiū actiuū ineſſe alicui ipſo nō agēte. g° ⁊c̄. 2° ꝓbat̄ illa minor ꝙ̄tū ad ſcđuꝫ mēbꝝ .ſ. ꝙ nō pōt eē ꝙ actio ꝓprie ſit relō vl' reſpectꝰ agētis ad paſſū: q: illud quo formalr̄ eſt relatō nō ptinet ad aliqđ genꝰ ex̄ genꝰ r̄latōis. ſꝫ reſpcūs agētꝭ ad paſſū eſt formalr̄ relatō: g° ⁊c̄. Ad h̄ aūt rn̄dēt quidā ſic dicēdo ꝙ duplex ē reſpectꝰ: vnꝰ intriſecꝰ qui ꝯſequit̄ rē ex nā ſua. ſic p̄ritas ⁊ filiatio. aliꝰ eſt reſpectꝰ extriſecꝰ qui nō ꝯſequit̄ rē ex nā ſua: ⁊ talē dicūt eſſe actiōꝫ ⁊ paſſiōꝫ ⁊ ſex alia genera q̄ vocant̄ ſex p̄ncipia. ſꝫ h̄ eſt ipoſſibile q: qn̄ dr̄ ꝙ eſt quidā reſpectꝰ extrinſecꝰ h̄ qđ dico reſpcm̄ eē extriſecū pōt itelligi triplr̄. vno mō ſi dicat̄ reſpectꝰ eē extrinſecꝰ: q: nō ē aliq̄d exñs in eo cuiꝰ eſt reſpcūs formalr̄ ſiue ſbiue. Alio mō q: reſpicit aliq̄d extriſecū in hītudīe ad qđ denoiat. Terꝰ mō q: nō ꝯſequit̄ rē cuiꝰ ē per ſe: ſꝫ ineſt ei ꝑ accñs. primo mō nō pōt eē: q: oīs reſpectꝰ eſt ſubiectīe illiꝰ cuiꝰ dr̄ reſpcūs alioq̄n in nullo eēt formalr̄ ſiue ſbiue. 2° aūt mō oīs relatio ⁊ oīs reſpectꝰ eſt q̄d extriſecū. q: oē qđ relatie dr̄ ad aliud dr̄. eē eni relatm̄ eſt ad aliud ſe hr̄e. ſꝫ ſm̄ te reſpcūs extriſecꝰ nō p̄tinet ad genꝰ relatōis: g° nullꝰ reſpectꝰ pertinet ad genꝰ relatōis qđ eſt manifeſte falſū. Si 3° etiaꝫ mō accipiat̄ extriſecū tūc eſt ipoſſibile qđ dr̄ ꝓpter tria. p̄mo q: ꝯſequi ꝑ ſe ſbm̄ vel nō ꝯſeq̄ nō valeat ꝑ ſe rōꝫ p̄dicamēti. ſic pꝫ de q̄litate: ita eni eſt q̄litas ſepabilis a ſubō: vl' nō ꝑ ſe ꝯñs ſbm̄ in genē q̄litatꝭ: ſic q̄litas ꝑ ſe ꝯñs ſbm̄. ⁊ ſilr̄ eſt de relatōe. 2° q: oīs reſpcūs ſiue ꝯñs ſbm̄ ſiue nō eſt ad aliud. ſꝫ eē ad aliud ē formalr̄ rō relatōis q̄ eſt p̄dicamētū determinatū qđ dr̄ p̄dicamētū ad aliq̄d: g° ⁊c̄. 3° q: de illis rebꝰ q̄ fūdant̄ ſup agē ⁊ pati: exēplificat phs .5. meth̄. .c. ad aliq̄d. d. ꝑtinere iſta ꝑ ſe ad genꝰ relatōis. iſti etiā reſpectꝰ ꝯſequūt̄ nec̄io ⁊ per ſe illa quoꝝ ſūt poſitꝭ extremis ſic ⁊ in alijs relatōibꝰ. certū eſt etiā ꝙ p̄ritas ⁊ filiatio ſūt reſpectꝰ q̄ ꝯſequūt̄ agēs ⁊ paſſū q̄s tn̄ dicūt ꝑtinē ad p̄dicamētū relatōis: vn̄ dicē ꝙ reſpectꝰ ꝯñtes agēs ⁊ paſſū n̄ ꝑtineāt ad genꝰ relatōis: ⁊ cū hoc ponē ꝙ p̄ritas ⁊ filiatō ꝑtinēt ad genꝰ relatōis eſt ꝯdicē. 3° ꝓbat̄ tertia ps mi. p̄ncipalꝭ .ſ. ꝙ actio nō pōt eē aliq̄s actꝰ acq̄ſitꝰ abſolutꝰ i agēte dubiū agit: ⁊ ꝓbo triplr̄. Prīo: q: ꝓcedēt̄ in actōibuſ in ifinitū: qđ pꝫ ſic: q: ille actꝰ eſt effectus alicꝰ p̄ncipij actiui. ſꝫ oīs effectꝰ ſit ꝑ aliquā actiōꝫ: tūc q̄ro vtꝝ actio ꝑ quā talis actꝰ abſolutꝰ ſit in agēte ſit ipſe actꝰ factꝰ aut non: ſi nō: ergo eſt dare quēdā actū aliū per quē ſicut per actiōeꝫ ille actꝰ qui eſt ꝓductiuꝰ effectꝰ exteriorꝭ cātur in agente ⁊ de illa actiōe q̄reret̄ ſic de p̄ma: ⁊ ibit in infinitū. Si aūt

ille actꝰ qui dr̄ actio qui ponit̄ ſubiectiue in agēte q̄ eſt q̄
dem effectꝰ factꝰ in eo vt oñſum eſt eſt ipſa actio q̄ ꝑdictꝰ
actꝰ dr̄ fieri. eadē rōne ſtādū fuit in ꝑmo. ſ. ꝙ actꝰ factus
ſiue ſit in eodē ſubiecto cū agēte ſiue i alio ſit ip̄am ʒ actio
agētis realiter ⁊ nō aliq̄d extrīs in agēte in eo qḋ agēſ. 2°
q: oē illud in quo aliq̄d ſit in eo qḋ tale ſe hʒ in rōe acti vel
facti ⁊ nō in rōne agēt̄ vel faciētis. ſʒ ſi aliq̄s actꝰ acq̄ritur
in agēte de agit tūc agēs in eo ꝙ agēs ſe habebit vt i quo
actꝰ acq̄rit̄. ergo agēs in eo qḋ agens eſt factū ſaltē ſubie
ctiue ſiue motū qḋ eſt impoſſibile. 3° q: illud in quo eſt
mutatio vel modꝰ in eo qḋ hꝰ mutat̄ vel mouet̄. ſed ſi ali
q̄s actꝰ acq̄rit̄ i agēte de nouo dū agit. oʒ ꝙ aliq̄ mutatio
vel modꝰ ſit in agēte. ergo ſi agēti in eo qḋ agens acq̄ritur
aliq̄s actꝰ de nouo in eo ſubiectiue receptꝰ. ſeq̄t̄ ꝙ agens
in eo qḋ agenſ mutet̄ vel moueat̄ qḋ eſt impoſſibile. ſic er
go pʒ de illo ꝙ directe q̄rebat̄. Quātū ad dubia ſcien
dū ꝙ circa iſta ſūt tria dubia. ꝑmū eſt in quo ſit actio ſub
iectiue. 2° que res ſit actio. 3° quō actio denoiat agētem ſi
actio nō ſit ſubiectiue in agente. Quātū ad ꝑmuʒ dico
ꝙ actio eſt in paſſo mō quo exponit̄. ad cuius euidentiā
ſciēdū ꝙ alicui dupliciter cōuenit ſe hr̄e paſſiue ſubiecti
ue. ſ. ⁊ obiectiue. vbi grā. qñ aliqḋ ſubiectū ſit calidū ſieri
cōuenit ⁊ ſbō ⁊ forme ⁊ cōpoſito ſbō q̄dē cōuenit fieri nō
ſimpliciter. ſʒ cū determinatiōe. ſ. fieri h̄. vnde qñ aqua ca
leſit aqua nō ſit ſimplr̄ ſʒ ſm quidē. q: ſ. ſit calida ⁊ h̄ dicit̄
ſubiectiue fieri calidū. calor aūt dr̄ fieri ⁊ paſſiue ſe habe
re obiectiue. q: ſ. eſt obiectū formale corrñdēs ꝓduci. cō
poſitū aūt dr̄ fieri ſimplr̄ nā in tali factiōe aliq̄ calida dici
tur ſimplr̄ facta ⁊ ſe hʒ obiectiue. ita ꝙ cōpoſitū ſe hʒ ob
iectiue ſicut cui cōpetit ꝓprie produci. ſed forma ſe habet
obiectiue vt t̄minꝰ formal̄ qui dr̄ effectꝰ formalis de q̄ in
fieri dicet̄. Tūc dico duo ꝑmū eſt ꝙ actio ſemp eſt ſubie
ctiue in paſſo ſiue in eo qḋ dr̄ paſſiue ſe hr̄e. ſcōm eſt ꝙ di
uerſimode h̄ eſſe cōuenit reſpectu diuerſaꝝ. Primuʒ
facilit̄ ꝓbo. q: oʒ ꝙ actio ſubiectiue ⁊ accipio h̄ ſubiectiue
large ſicut appebi ſic vel in agēte vel in paſſo. ſʒ ſicut pro
batū eſt nō eſt in agente ſubiectiue. ergo relinq̄t̄ ꝙ realit̄
illa res q̄ dr̄ actio ſit ſubiectiue i paſſo. mi. pʒ ex dict̄. ma.
ēt de ſe ſatis pʒ. q: actiōem oʒ eſſe vel in agēte vel i eo qḋ
agit. Scōm aūt quō illud eſſe in cōueniat actiōi diuer
ſimode reſpectu diuerſarū patebit oñſo que res ſit actio
ad qḋ ego dico ꝙ actio formaliter dicit ip̄am formā factā
accipiēdo ꝓprie actiōem ꝓut diſtinguit ꝯ ꝑdicamētū re
latiōis. qḋ ꝓbo breuiter ſic. q: ſicut ꝓbatū eſt actio eſt in
paſſo. ſʒ in paſſo nō eſt aliq̄d qḋ poſſit eē actio niſi forma
facta. ſiue actus factꝰ. ergo ⁊c̄. ma. patet mi. ꝓbo. q: in paſ
ſo in eo qḋ hꝰ nō pōt aliquid poni niſi vel forma facta vel
cōpoſitū vel hītudo paſſi ad agens. ſed nulli illorum con
uenit qḋ ſit actio niſi forme facte. ergo ⁊c̄. ad h̄ ꝓbatio mi.
iſtius ꝓſilogiſmi. q: conſtat ꝙ ſubiectū nō eſt actio cum
actiōi qñq; ꝑexiſtat nec cōpoſitū cū aliq̄d eiꝰ qñq; toti a
ctiōi ꝑexiſtat. ſ. ſubiectū. nihil aūt qḋ ſit de eēntia actiōis
toti actiōi pōt ꝑexiſtere nec etiā relatio paſſi ad agens cū
ꝑtineat ad genꝰ relatiōis non ad genꝰ actiōis. ergo nihil
pōt eſſe in paſſo qḋ ſit actio niſi actꝰ factꝰ vel forma facta
Ex his patet de ſcōo ſupra dimiſſo. ſ. quō actio dicit̄ eē
diuerſimode in paſſo ſiue in producto vl̄ in facto. quia ſi
accipiatur paſſum pro eo qḋ dicitur fieri ſubiectiue ſic a
ctio eſt in paſſo ſic accepto ſicut forma vel actus eſt i ſub
iecto. ⁊ accipio h̄ ſubiectū non ſolum pro ſubiecto forme
accidētalis qḋ eſt ſubſtātia actu ens. ſed etiā pro ſubiecto
ſiue pro eo qḋ ſubiicitur forme ſubſtantiali ſicut eſt mate
teria ſicut etiam ⁊ forma facta ſe extendit ad formam ſub
ſtantialem ⁊ accidentalem. ⁊ illud ꝓbo ſic. quia ſic conue
nit actioni eſſe in paſſo quātum ad rem pertinet ſicut for
me facte cum actio ſit ipſa forma facta realiter vt proba
tum eſt. ſed forma facta eſt in paſſo ſic dicto ſicut in ſubie
cto vt de ſe patet. ergo ⁊c̄. Si autem accipiatur factuʒ nō
ꝓ eo qḋ ſit ſubiectiue. ſʒ ꝓ eo qḋ dicit̄ fieri cū fieri obiecti
ue conueniat ⁊ forme ⁊ compoſito ſi paſſuʒ. vel magis fa
ctū obiectiue accipiat̄ ꝓ cōpoſito tūc actio eēt in paſſo ſic
dicto. ſicut pars in toto ⁊ ꝓbatur h̄ ꝑ idem. ꝑ qḋ probatur
ꝑcedēſq. ⁊ forma facta ſe hʒ ad ip̄m ꝯpoſitū ꝙ ſic dr̄ fieri ſi
ut pars ad totū. ſi aūt accipiat̄ paſſuʒ ꝓ eo qḋ dr̄ fieri ob

iectiē: ſicut effectꝰ formal̄ qui ē ipſa forma facta: tūc ꝓprie
actio nō dʒ dici eſſe in ſic facto vel paſſiue dicto: q: h̄ eſſet
ponere idē in ſeipſo. nihilominꝰ tñ ſi forma ſubſiſtēs fierʒ
ſic ſi deꝰ facēt quātitatē ſine ſbo: tūc aliq̄ mō diceret̄ actio
ſine forma facta eſſe in tali paſſo ſiue in tali ſic facto: mō q̄
idē diceret̄ eſſe in ſeipſo acceptio in abſtracto ⁊ in ꝯcreto.
ſic dicimꝰ diuinitatē eē in deo. vñ ſi deꝰ facēt quātitatē ꝑ
ſe ſine ſubiecto: tale factū poſſet dici ⁊ quātitas facta ⁊ q̄
tū factū: ⁊ quātitas facta diceret̄ eē in q̄to facto: ſic abſtra
ctū in cōcreto: nō aūt ſicut forma in ſubiecto. q: ſʒ ipothe
ſim dr̄ quātitas fieri ſine ſubō: ⁊ talis eſt factio ſubſtātiaꝝ
ſepataꝝ vt multi ponūt. Quātū ad ſcōʒ dubiū. ſ. q̄liter
actio denoiet agēs cū nō ſit in eo ſubiectiē dr̄ a quibuſdaʒ
⁊ ſatis cōiter ꝙ motꝰ vel forma facta in ſbo ꝓut reſpicit a
gēs vt a quo eſt dr̄ actio ꝓut nō reſpicit ſubiectū vt i quo
eſt dr̄ paſſio. Sʒ illud nō vr̄ eſſe veꝝ. Pro q: ſi fieret for
ma ſubſiſtēs ſine ſubiecto: ſic dictū eſt de quātitate: ibi eſ
ſet fieri ⁊ facē. nō tñ ibi poſſet accipi fieri per cōpatiōeʒ ad
ſubiectū in quo recipet̄ forma facta. g° ⁊c̄. 2° q: poſito
per ipoſſibile ꝙ calor eēt in ſubiecto ⁊ nō haberet cām effi
cientē diceret̄ qḋdā ſubiectū eē calidū: nō tñ calefactū vel
calefieri ſʒ tñ ibi eēt hitudo forme ad ſubiēm ſtāte ipothe
ſi: g° forma q̄ ſit q̄ dr̄ effectꝰ formalis nō hʒ ꝙ ſit paſſio vel
ꝙ ſit fieri vt hʒ eſſe in ſubiecto ſiue ꝓut reſpicit ipſuʒ ſbm
Et iō alr̄ eſt dicēdū: ad cuiꝰ euidētiā ſciendū ꝙ forma que
hʒ cām efficiētē hʒ triplicē denoiatōʒ. ſ. denoiatōʒ ſʒ quā
denoiat illud cuiꝰ eſt ſubiectiē ſiue formalr̄ ſm rōem ſue
ſpēi circūſcripta oi cālitate. ſic aliq̄d dr̄ calidū eſſe vel calē
a calore. quā quidē denoiatiōʒ facē cōueniret calori ſi per
impoſſibile nullā cāʒ hr̄et. ⁊ talis denoiatio nō cōuenit a
licui forme niſi in cōpatōe ad illud in q̄ eſt ſubiectiue ſiue
qḋ ꝑficit formalr̄. Alia eſt denoiatio ſm quā forma hñs
cām efficiētē denoiat ſuā cām efficientē a qua. ſ. effectiē hʒ
eſſe ⁊ ſic dr̄ actio qḋ pʒ ſic. q: actio ē illud a quo agēs deno
minat̄ vt agēs qḋ eſt idē ac ſi dicat̄ agē. ſʒ agēs dr̄ agere de
noiatiue ab actu facto. q: agē nihil aliud eſt q̄ hr̄e actū a ſe
factū. g° ⁊c̄. Alia eſt denoiatio qua ipſamet forma facta
vel ꝯpoſitū hñs eā denoiat̄ a cā efficiēte: ⁊ ſic dr̄ paſſio ſiue
paſſiue ſe hr̄e obiectiue. ſubm̄ vō in q̄ recipit̄ dr̄ fieri ſub
iectiue ſm eā qñ eſt actꝰ receptꝰ ſubiectiue in alio a ſe qḋ
pʒ ſic: q: paſſio ꝓut eſt determiatū ꝑdicamētū: vel eſt rela
tio paſſi ad agēs: aut eſt forma facta ꝓut denoiat ſubiectū
in quo eſt: aut eſt ipſa forma ꝓut denoiat agēs ſiue cāʒ ef
ficientē. aut ꝓut denoiat̄ a cā efficiēte. primū nō pōt eē: q:
relatio paſſi ad agēs pertinet ad genꝰ relatōis qḋ eſt genꝰ
diſtinctū a genere paſſiōis. Scōm etiā nō pōt eē. q: ſic di
ctū eſt poſito per ipoſſibile ꝙ forma exiſtēs in ſubiecto ñ
haberet cām effectiuā: ſubiectū nō diceret̄ ſʒ eā fieri: ſi eſ
ſet etiā forma ſine ſubiecto dū tñ hr̄et cām efficientē effe
ctiuā adhuc diceret̄ paſſio ⁊ diceret̄ fieri. Nec etiā tertiuʒ
pōt eſſe: q: ꝓut forma facta denoiat agēs dr̄ actio vt ꝓba
tū ē. relinq̄t̄ g° q̄rtū. ſ. ꝙ paſſio dr̄ forma facta ꝓut denoiat̄
a cā effectiua. vñ fieri formalr̄ nihil aliud eſt q̄ eſſe actum
habentē cām effectiuā. Sic pʒ ꝙ forma ꝓut denoiat abſo
lute illud qḋ ꝑficit formal̄r nō plus iplicādo vt dicēdo ca
lidū eſſe vel quātū eē: formalr̄ loquēdo nō dic̄ actionē vel
paſſionē: ꝓut vō forma denoiat agēs: mō ꝑdicto ſic dicit̄
actō. ꝓut vō ꝯuerſo ipſa forma facta denoiat̄ a cā efficiē
te dicit̄ paſſio ſm quā paſſiue ſe hr̄e ad cām agentē conue
nit hñti eā. Ex h̄ etiā pʒ ad rationē. nā nō oportʒ ꝙ ois de
nomiatio que ꝯuenit alicui forme cōueniat ei tm̄ in hitu
dine ad illud cuiꝰ eſt ſubiectiue ⁊ ꝙ ꝓficit formalr̄. imo cō
uenit ei aliqua denoiatio q̄ denoiat illud cuiꝰ eſt obiecti
ue vt cāe efficiētis. imo ſm talē modū denoiandi nō ꝯue
nit ſibi denoiare id cuiꝰ eſt ſubiectiue vt ſic niſi per accñſ
vt ſi aliquis modificat ſeipſū puta calefaciat ſeip̄m: ip̄a fa
ctio caloris ſiue calor factꝰ nō denoiat agēs vt agēs: ſicut
illud in quo eſt ſʒ ſicut illud a quo eſt. Sʒ cōtra hoc ob
ijcit̄ quadruplr̄. Primo ſic: q: omis forma facta ſit per ali
quā actionē. ſʒ nulla res ſit per ſeipſam. ergo forma facta
nō eſt actio. 2° ſic: calefieri eſt pati ⁊ per ꝯñs paſſio. ſed
calefieri nō importat denomiationeʒ forme facte a cauſa
efficiente ſed magis denoiatiōem ſubiecti a forma facta.
ergo paſſio nō eſt forma facta prout denoiatur a cauſa ef

ſectiua.mi.patet nā caleſieri cōuenit aque que caleſit vel
alij ſubiecto ⁊ iſta denoīatio qua dr̄ aqua vel aliud ſubie-
ctū caleſieri nō eſt denoīatio vt de ſe patet a cā efficiēte ſꝫ
a caloē facto.ergo ⁊c. 3.° q: vt multi ponūt in motu loca
li non acq̄ritur aliqua forma vel aliquis actꝰ abſolutꝰ. ſꝫ
tantū relatio.ergo actio non eſt forma facta vl̄ aliq̄s actꝰ
abſolutꝰ factꝰ. 4.° q: ſi actio nō eſt in agēte nō vr̄ ſuper
ꝙ fūdet̄ relatio agētis ad paſſū.q: nō ſūt ꝑ actōem cū nō
ſit in agēte nūc aūt fūdamētū relatiōis ⁊ relatio debent in
eodē ſbō eſſe nec etiā ſup ꝑncipiū actiuū cū ſup illud fun
det̄ relatio motiui ad mobile nō aūt relatio mouentis in
actu ad paſſū in actu.ergo vt videt̄ oꝫ ponere vel ꝙ actio
ſit ſubiectiue in agēte qđ eſt ꝓpoſitū vel ꝙ in agente nō
ſit relatio aliqua ad paſſū in actu qđ eſt incōueniēs. Ad
ꝑmū dico ꝙ dicit̄ forma fieri ꝑ actiōem aliquā qđ h̄ eſt q:
ẜm modū nr̄m intelligēdi modꝰ vel mutatio ſiue quecū-
qꝫ factio videt̄ via ī formā ſiue fluxꝰ forme.cū tamē veriꝰ
teneat̄ ẜm cōmē.ꝙ ſit ipſamet forma ẜm eſſe impfectum
⁊ ꝑcipue q̄ntū ad motū vel forma in fluxu.⁊ ideo imagina
tur eſſe factū ſiue ſit effectꝰ formalis ſiue ꝯpoſitū fieri per
actiōem ſicut ꝑ q̄dam viam in rē factā.licet ẜm rem forma
facta ⁊ ipā actio nō ſint diuerſe res.nec mirꝫ q: q̄nqꝫ aliq̄d
cōſtruit̄ trāſitiue cū eo qđ ē idē realiter cū eo ſicut dicimꝰ
ꝑſonā for.etiā dicimꝰ ꝙ deꝰ hꝫ qđ ſit deꝰ formaliter ꝑ dei
tatē. 2.° pōt dici ꝙ aliqua forma dicit̄ facta ꝑ actiōeꝫ nō
ſicut diuerſū ꝑ diuerſū ſed ſicut aliq̄d dicit̄ tale fieri ꝑ illō
qđ eſt de rōne ſua.nūc aūt de rōne forme facte non ẜm ꝙ
forma eſt abſolute.ſed ẜm ꝙ eſt facta eſt eē formā h̄ntem
cām efficiētē ⁊ ſic dicit̄ forma facta eſſe facta ꝑ actiōem in
quātū de rōne eius eſt qđ ſit forma h̄ns cām effectiuā in-
quātū facta eſt vel pōt dici ꝙ li ꝑdit q̄litatem formalē ab
ſtracti reſpectu cōcreti ſicut dicit̄ aliq̄d quātū per quātita
tem ita qđ dicit̄ facta ꝙ quidē factū eſt ipm cōcretū vl̄ ma
gis ꝓprie res cuiꝰ eſt talis forma dicit̄ ẜm eā facta q: ipa-
met forma vt eſt h̄ns cām efficiētē eſt illud ſcđꝫ ꝙ illud cu
ius eſt dicit̄ factū. Ad.2.dō ꝙ qñ dicit̄ aqua caleſieri ē
denoīatio ſubiecti ab ipā paſſiōe nec tñ habet h̄ ꝙ dico ca
leſieri rōnem paſſiōis ex h̄ ꝙ denoīat ſubiectū ſed ex h̄ ꝙ
implicat cām efficiētē.nā caleſieri nō eſt denoiatio ſubie-
cti a forma abſolute accepta imo eſt denoiatio ſubiecti a
forma implicāte cām efficiētē.nā caleſieri dicit eē calidꝫ
calore h̄nte cām efficiētē ita ꝙ in paſſione formale eſt eſſe
h̄ns cām efficiētē mālē vero eſt eē actū cui cōuenit ſic h̄re
cām. Ad.3.dō ꝙ ita difficultas.ſ.vtꝝ illud ꝙ acq̄rit̄ per
modū localē ſit actꝰ abſolutꝰ vel ſolꝰ reſpectꝰ ſiue relatio
nō ꝑtinet ad ꝓpoſitū.q: ſiue ſit ſiue ſic ſemꝑ illō qđ eſt effe
ctus formalis ſiue actꝰ factꝰ ſiue abſolutꝰ ſiue reſpectus
hꝫ ꝙ ſit actio ex h̄ ꝙ denoiat agens mō q̄ dictū ē.⁊ paſſio
ex h̄ qđ denoīat ab agēte.ſ.ex h̄ qđ hꝫ cāꝫ efficiētē mō q̄ di
ctū eſt.nec ſeq̄t̄ ex h̄ ꝙ actio vel paſſio ſit relatio agētꝭ vel
paſſi ẜm qđ hꝰ.licet ſeq̄t̄ ꝙ q̄nqꝫ alia relatio eſt actio vel
paſſio ſi aliq̄ relatio ſit ipſe effectꝰ formalis.ſicut pꝫ in ꝓ-
poſito.nā ſi relatio vel reſpectꝰ locati ad locū acq̄rat̄ ꝑ mo
dū localē vt effectꝰ formalis planū ē ꝙ reſpectꝰ locati ad
locū nō eſt reſpectꝰ agētꝭ ad paſſū ꝑ ſe loquēdo vñ q̄liter-
cūqꝫ ſit de effectu formali.ſ.ſiue ſit actꝰ abſolutus ſiue re
ſpectiuꝰ ſemꝑ actꝰ factꝰ eſt ipſa actio ⁊ paſſio eo mō q̄ di-
ctū eſt ⁊ expoſitū. Ad.4.dō ꝙ relatio agētis ad paſſum
nō fūdat̄ ſup actiōem ſꝫ ſup ꝑncipiū actiuū ꝓut ei rñdet
ex ꝑte paſſi forma facta.Ad illud qđ dr̄ cōtra h̄ dō ꝙ nihil
ꝓhibet diuerſos reſpectꝰ fundari ſup idem in ordine ad
diuerſa.ſic aūt eſt in ꝓpoſito.nā ꝑncipiū actiuum eſt fū-
damētū relatiōꝫ motiui ad mobile ꝓut ex ꝑte paſſiui rñ-
det tantū ſubiectū natū moueri. ꝓut vero ex ꝑte paſſiui
rñdet ſibi actꝰ iam factꝰ fūdat̄ in eo relatio agētꝭ ad paſſū
vel motꝰ ad motū.ſi aūt illud ꝙ ſit eēt forma ſubſiſtens
tunc ſuper principium actiuum non fundaretur relatio
ad ſubiectum mobile.quia tale quid ẜm ypotheſim non
eſſet. Quantum ad ſcđm principale.ſ.accipiendo large
actionem vel etiam paſſionem pro relatione ſiue pro ha-
bitudine agentis ad paſſum ⁊ ecōuerſo ſicut intendo de-
claraē tria. Primū eſt oñdē in q̄ drñt tales reſpectꝰ ab
actiōe ⁊ paſſiōe. Scđꝫ eſt oñdē in q̄ ſubiectiue ſūt tales
relatiōes. Tertiū eſt oñdere q̄ntū ad q̄d ita trāſferimur
ad diuina: Quātū ad primū dico ꝙ ſicut alꝭ dixi ꝙ re-
latio ſiue illa que pertinēt ad ꝑdicamentū relatōis.in hoc
differūt ab actiōe ⁊ paſſione ⁊ ab alijs ꝑdicamētis ſequēti-
bus.q: relatio lꝫ dicat̄ in h̄itudine ad terminū extrinſecū
tñ illud cuiꝰ eſt vt relatio denoiat denoiatōne intrinſeca
ſubiectiue. vbi gratia.lꝫ paternitas denoiet patreꝫ in habi
tudine ad terminū extrinſecū qui eſt filiꝰ. tñ pr̄nitas de-
noiat patrē ſicut intrinſecū ſubiectiue ei qđ denoiat.naꝫ pr̄
nitas eſt ſubiectiue in p̄re qui denoiat̄ p̄r a pr̄nitate.Alia
ſex ꝑdicamēta denomināt illa quoꝝ ſūt vñ talia denoiati
one extriſeca ſubiectiue accipiēdo vel ſaltē coꝝ rō in eo ꝙ
talia:accipit̄ ẜm aliq̄ denoiationē extriſecā.vbi gr̄a.actō
ẜm ꝙ actio nō denoiat illud cuiꝰ eſt vt actio denoiatōne
intriſeca:ita ꝙ dicat̄ eſſe eiꝰ cuiꝰ eſt actio ſubiectiue.imo
actio habet denoiare illud cuiꝰ eſt vt actio vt a quo ē non
vt in quo eſt.vñ agēs cui cōuenit vt dicat̄ agere non dr̄ a-
gens vel agere eo ꝙ actio ſit in ipſo.ſed q: eſt ab ipſo ſicut
ſup̄ dictū eſt.paſſio vo lꝫ denoiet illud cuiꝰ eſt vt ſubiecti
ſicut dicimꝰ aquā caleſieri nō tñ ex hac denoiatōe habꝫ ꝙ
ſit paſſio:ſꝫ magis ex hoc ꝙ implicat denoiatiōꝫ a cā effi-
ciēte.vñ ẜm calorē nūq̄ diceret̄ aqua cāleſieri niſi calor ꝑ
ter hoc ꝙ eſt eſſe calorē iportaret eſſe calorē habētē cām ef
ficientē:ita ꝙ ſunt tres modi denoiandi.vnꝰ modus quo
aliq̄d denoiat illud cuiꝰ eſt ſubiectiue nō in habitudīe ad
qđcūqꝫ extrinſecū.ſicut eſſe corpꝰ eſſe quātū eſſe albū:et
ille modꝰ ptiet ad tria ꝑdicamēta ꝑma.Aliꝰ eſt modꝰ de-
noiandi quo aliqua res denoiat illud cuiꝰ eſt ſubiectiue i
habitudine tñ ad aliquē terminū extrinſecū.⁊ ille modus
cōuenit relatōi.Aliꝰ eſt modꝰ ẜm quē res aliqua iportat
in rōe ſua aliquo mō denoiationē ſine qua denoiat ſine q̄
denoiatur ab aliquo:vel ꝓut eſt alicuiꝰ cuiꝰ nō eſt ſubie-
ctiue vt ſic:⁊ iſte modus cōis eſt vltimoꝝ ſex ꝑdicamētoꝝ
⁊ ſic pꝫ q̄uō differūt relatiōes agētis ⁊ paſſi ab ipſa actōne
⁊ paſſione:q: relatōes cōueniūt eis ẜm denoiationeꝫ in-
trinſecā nō ſit actio ⁊ paſſio.q: actio ⁊ paſſio ſunt ipſemet
actus factus ẜm qđ importat diuerſas denoiatōes extri-
ſecas:relatio vo agētis eſt aliq̄d fundatū ſup principium
actiuū ꝓut ei correſpōdet actꝰ factus.relatio aūt paſſi eſt
aliq̄d fundatum in actu facto. Ex hoc pꝫ ad ſcđm:nam
relatio agētis ad paſſū eſt in agēte ſubiectiue ſicut ⁊ eiꝰ fū
damentū:q: ſicut dictū eſt relatio hꝫ denoiare vt relatū il
lud cuiꝰ eſt relatio ſubiectiue. ſꝫ relatio agētis denoiat a-
gēs:nec relatū ad paſſū.g.° ⁊c.⁊ idem pōt dici de relatione
paſſi ad agens.⁊ ex hoc vlteriꝰ patet ꝙ ſi large accipiamus
actionē pro tali relatione:actio ſic dicta ſicut dictū eſt: eſt
in agente ſubiectiue.cauſa aūt transferēdi ſic nomīa actō-
nis ⁊ paſſionis ad diuina ad ſignificandū ipſas etiā relati
ones eoꝝ ad inuicem eſt ex penuria nominū:et cōnexio
ſiue cōuenientia aliqualis quā habent ad inuiceꝫ:in hoc ꝙ
cōueniūt agenti ⁊ paſſo ẜm ꝙ hmōi:licet aliter ⁊ aliter vt
deductū eſt.⁊ ſic patꝫ ꝙ accipiēdo actionē large pro reſpe
ctu agentis ad paſſū ſic actio eſt in agēte. Quātū aūt ad
tertiū iſtiꝰ vltimi articuli qualr̄ iſta trāſferat̄ ad dīna: ſci-
endū ꝙ ẜm ꝙ ponūt doctores cōiter in dīnis de his que
pertinēt ad actionē ⁊ paſſionē nō remanēt niſi relationes
oppoſite ꝓducētis ad ꝓductū ⁊ ꝓducti ad ꝓducens:⁊ illa
videt̄ ſnīa Anſel.de proce.ſ.ſ.vbi dicit ꝙ in diuinis ſunt
iſte habitudines.ſ.qui ab alio:⁊ a quo aliꝰ.⁊ iſte ſole habi-
tudines faciūt diſtinctionē in dīnis. Ad cuiꝰ euidentiā
ſciendū primo ꝙ in diuis de ptinentibꝰ ad agere ⁊ pati vl̄
ad agēs ⁊ patiēs nō inuenit̄ niſi vna forma abſoluta cōica
ta cum oppoſitis rebus cōicantꝭ ⁊ illius cui ſit cōicatio: ⁊
quia actio vt actio prout diſtinguitur cōtra relationē agē
tis ad paſſum:dicit aliquid abſolutuꝫ denominās illud a
quo eſt. ideo in diuinis nō inuenit̄ ſimpliciter actio ꝓut
pertinet ad genus actionis diſtinctū contra relationē: niſi
ẜꝫ quid ⁊ quaſi equiuoce qđ ſic patet. quia ſic inuenitur
in diuinis actio pertinens ad predicamentum actionis:
prout diſtinguitur contra relationem.ſicut inuenitur ali
quod abſolutuꝫ ab eſſe alio.ſed in diuinis nulli abſoluto
cōuenit ſimpliciter eſſe ab alio ſed tñ ẜm quid:ergo ⁊c.
Mīa.patet ex ratione actōnis modo predicto accepte.di
cit enim aliquam formam abſolutaꝫ prout denominat il
lud a quo eſt. Mi.etiaꝫ faciliter patet. quia nulla res eſt

ſimplr̄ a ſeipſa vel ab eo: qḋ eſt ipſamet: lꝫ aliq̄d poſſit eſſe
a ſeipſo in h. ſed oē abſolutū in diuinis eſt idem realit̄ cum
oī eo qḋ eſt in diuinis. ⁊ iō nullū abſolutū pōt eſſe ſimplr̄ ab
alio in diuis. lꝫ aliqḋ abſolutū in diuinis poſſit eē in aliquo
in h: ſicut dicim⁹ ꝙ eēntia eſt a patre in filio. vnde ipſa de
virtute locutiōis eſt tertia eēntia eſt ſimplr̄ a patre: ita tñ
eſt vna eēntia eſt a patre in filio. ⁊ ſic pꝫ ꝙ ī diuinis ꝓprie lo
quēdo nō manet actio ꝓprie dicta quātū ad ꝓpriā rōnes
ſimplr̄. relōnes aūt eius qui eſt ab alio: ⁊ eius a quo ē ali⁹
remanēt ibi ſimplr̄: iō ⁊c. Sic etiā pꝫ de tertio iſti⁹ vltimi
argumēti: ⁊ p ꝯñs patꝫ ad qōnē: ⁊ ad argumentum factuꝫ
ꝓ parte falſa.

Poſtea querebant̄ quedā ptinētia ad creatorē tm̄.
Et pmo p ꝯpationē ad intra. deinde p ꝯpationē
ad extra. p compationē ad intra: pmo querebat̄
de ꝯpatiōe eſſentie ad relōnes. ſcḋo de compa
tiōe eēntie ad pſonas. 3°. de ꝯparatiōe ad act⁹ notiōales.

Quantū ad pmū pmo querebat̄ vnū: ⁊ eſt vtrū relatio
in diuinis fundet̄ ſup eſſentiā: ⁊ arguebat̄ ꝙ nō: q: ſi in diui
nis relō fundaret̄ ſup eēntiā: eſſentia eēt pfectibil. ꝯñſ eſt
falſum. ergo ⁊ añs. falſitas ꝯñtis pꝫ q: purus act⁹ non pōt
eſſe pfectibil. ꝯſequētia etiā pꝫ: q: relō reſpicit fundamē
tū vt ſuū ſubiectū. ſed illud qḋ ſe hꝫ ad aliud in rōne ſubie
cti eſt pfectibile. g°. ⁊c. Cōtra relō que ꝯuenit aliquib⁹ ſm
cōicationē alicui⁹ nature necīo fundat̄ ſup ipſam cōicati
onē vel ſup ipſam naturā cōicatā. ſed relōnes diuīe cōue
niūt pſonis ſm cōicationē nature diuie que cōicat̄ vni p
ſone ab alia. g° relōnes diue fundāt̄ ſup cōicationē nāe di
uine: vel ſup ipſaꝫ naturā diuinā cōicatā: ſed nō fundatur
ſup cōicationē: cū cōicatio ſicut ⁊ actio in diuis dicat relō
nē: nec vna relō ſaltē realr̄ fundet̄ ſup aliā. g° relinquit̄ ꝙ
fundet̄ ſup naturā diuinā. Rn̄. circa iſtā qōnē ſūt due opi
niones. pma eſt ꝙ relō diua nō fundat̄ ſup eēntiā vel ī eſ
ſentia: ⁊ potiſſimū motiuū qḋ pōt induci ad h eſt iſtud: q:
ſi relō diua fundat̄ in eēntia: tūc relō diua realr̄ differt ab
eēntia: ſed h eſt ipoſſibile. g°. ⁊c. ꝯñtia ꝓbat̄ duplr̄. pmo ſic
q: nulla res fundat ſeipſam: alioq̄n idē eſſet pus ⁊ poſteri
us ſeipſo. nā id qḋ fundat alterū eſt pus ipſo: ⁊ ſi fūdat ipꝫ
realr̄: erit realr̄ pus ipo. ſed nulla res pōt eſſe realit̄ por et
poſterior ſeipſa. g° ⁊c. 2°. ſic: quoꝝ eſt eadē realitas nō vr̄
q̄re vnū ipſoꝝ poſſit dici realit̄ plus fundamētū alterius
q̄ ecōuerſo. ſi g°. relōnis ⁊ eēntie ſit eadē realitas nō vr̄ q̄
re eēntia plus ſit fundamentū relōnis q̄ ecōuerſo. et per
ꝯñs ſi relō fundet̄ in eēntia: ſequit̄ ꝙ relō realr̄ dr̄at ab eſ
ſentia. Impoſſibilitas ꝯñtis ꝓbat̄ q̄druplr̄. pmo q: eſſen
tia eſſet quoddā ſubm pfectibile p relōnē: qḋ eſt impoſſi
bile. 2°. q: relō diuia eſſet accñs. 3°. q: eſſet ꝯpō ī diuinis
qḋ eſt ipoſſibile. 4°. q: ſequeret̄ ꝙ in diuinis nō eēt ſolū tri
nitas reꝝ: ſed q̄ternitas ſi pter tres relōnes pſonales eēn
tia eēt quedā q̄rta res realr̄ differēs ab eis: qḋ eſt error dā
nat⁹ p ꝯciliū gnāle. Iſta aūt poſitio. ſ. ꝙ relō ſimplr̄ nō fū
det̄ in eſſentia vr̄ pmo eſſe ꝯtra modernos doctores q̄ po
nūt ꝙ relōnes ſunt in pſonis ſicut in eo qḋ refert̄: ſed in
eēntia ſicut in fundamēto. eſt etiā ꝯtra beatū aug⁹. q̄ pōit
ꝙ oē qḋ dr̄ relatiue eſt aliq̄d extrinſeco eo qḋ relatiue dici
tur. ſed illud aliud nō vr̄ requiri niſi vt fundamētū in quo
relō fundet̄ ſiue ſit aliud re ſiue aliud rōe. g°. ⁊c. Hoc etiā
